

## **Libellus Platine De honesta uoluptate ac ualitudine / [Platina].**

### **Contributors**

Platina, 1421-1481.

### **Publication/Creation**

Diligenterq[ue] Bononiae : Impressum per Ioanne[m Antonium Platonidem Benedictorum ...], [1499, die uero .xi. mensis Maii]

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/f7k6rxvd>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

Th. -  
60.-



Case 3.b.3.

Bod  
2  
29

D.M.V.

Platina (Bartholomeus seu Baptista)

Joannes Antonius de Benedictis


Bologna

11 May, 1499.


Hain \* 13056


Priester 6666


B.M. VI, 852




B  
6  
1










**Libellus platine de ho  
nesta voluptate ac  
valitudine.**

*Ex libris Petri Francisci Friseli i.v.d.*



Platynæ De Honestæ Voluptate: & Valitudine. ad am  
plissimum ac Doctissimū. D.B. Rouellam. S. Clementis  
Presbiterum Cardinalem.

Liber primus.

Rrabunt & quidē uehemēter Amplissime Pa/  
ter. B. Rouella: Qui hanc nostrā susceptionē  
nequaq̄ dignā: quæ tuo nomini ascriberet̄ pu/  
tarint: quod et uoluptatis & ualitudinis titulū  
pſeferat. Verū cū mihi atq; oībus eruditis spectata sit inge  
nii tui uis: & acumē morū: & honestissime uitæ constantia  
doctrinæ ac eruditioīs magnitudo: malui te uigiliaḡ mea  
rū patronū ac iudicē (si qd puerse scriptū inest) facere: q̄ ali  
um quēpiā. Instabūt acriter maleuoli (sat scio) de uolupta  
te ad uirū optimū ac cōtinētissimū nō fuisse scribendum:  
Sed dicāt queso hi stoicide: qui elatis superciliis: nō de ui:  
sed de noīum uocibus tantūmodo diiudicant: qd mali in  
se habeat cōsiderata uoluptas: Est. n. huius: ut ualitudinis  
uocabulū mediū. De uoluptate: quā intēperātes & libidi/  
nos ex luxu & uarietate cibor̄: ex titilatione rerū uenerea  
rum pcipiūt: adſit ut Platyna ad uirū sanctissimū scribat:  
De illa uoluptate: quæ ex cōtinētia uictus: & earū rerū: q̄s  
humana natura appetit: loquor. Neminem. n. adhuc uidi  
adeo libidinosum & incōtinentē: q nō aliqua tāgereſ uo/  
luptate: si quādo a rebus plusq̄ satis est cōcupitis declinas  
set. Valet apud uos (ut uideo) Cicerōis auctoritas: q̄ quidē  
ut Aristoteles: Platonem: Pythagoram: Zenonē: Demo/  
critum: Chrysipum: Parmenidem: Heraclitum: sic Epicu/  
rum segetem & materiam eruditionis ac doctrinæ suū fa/  
cit quo cum enim tutius congrederetur q̄ cū mortuo Epi/

\* corpore

curo habuit Cicero. Valebit & apud me Senecæ. Lucretii:  
 Laercii: auctoritas: q̄ epicurū ut uirū sanctissimū atq; opti  
 mū miris laudibus extollūt. Dicere autē nō decere sapiētē  
 mœrore cōfici: cū pturbatiōis dolorisq; uacatio cōstantes  
 efficiat uoluptates. Quid malī imo qd nō boni i se habet  
 Ad fœlicitatē. n. uoluptas illa: quæ ex honesta actiōe oris  
 ut medicina ad sanitatē egrotatē hoīem pducit. Q uis est  
 pterea tā stupidus: tāq; (ut isti uolūt) a sensibus ob sanctita  
 tē & tetricā uitā aliēs: q̄ nō corpe & aio aliq; pfundat uo/  
 luptate: Si & in uictu mediocritatē: unde bona ualitudo &  
 in actiōe itegritatē ac cōstātiā: unde fœlicitas oris retinue  
 rit: Nō improbaſ hoc nomē a platone: nō ab aristotele: q̄  
 signate admodū de rebus iſis locuti sunt. Fecit metrodo/  
 ri ac hieronymi luxus & libido: ut epicuri uiri optimi scho  
 la & doctrīa uicio dareſ. Nō ergo qd uir bonus: sed qd de  
 prauatores ſecte addidere culpādū erat. Desināt pterea hi  
 rerū estimatores & q̄si trutina qd indes ab uno quoq; fit li  
 brantes carpe: qd de ualitudine aut rōne uictus: quā græci  
 dietā appellāt: addēdo qdā ad curādas egrotatōes pcepta  
 de natura rerū & obſoniis pſcripſerī: Tātū. n. abest: ut hoc  
 institutū a uiro ciuili fit alienū. ſūmoꝝ et philosophorū au  
 thoritate & pcepto: ut quēadmodū i plio q̄ ciuē oī: sic q̄ in  
 pace multos nūc ciues rōnē uictus afferēdo seruauerit: plu  
 res ciuicas merere uideat. Obſonia mihi obiiciēt: ut gulo/  
 fo & edaci: utq; instrumēta libidinū & quædā quasi calca/  
 ria intēperatibus & flagitiosis addēti. Utinā iſi aut natura  
 aut instituto: ut platina mediocritate & parsimonia uterē  
 tur: nō uideremus hodie tot popinarios i urbe: tot ganeo/  
 nes: tot gnatōes: tot ſcurras: tot adulatores libidinū: & ob

P.

strusarū diligētissimos ob edacitatē & auariciā conquisito  
res. Scripsi ego de obsoniis Catonē uirū optimū Varronē  
oīum doctissimū: Columellā & Celiū: Apitium imitatus:  
nō quo legentes ad luxū adhortarer: quos certe iter scribē  
dū semp a uicio deterrui: sed quo & ciuili uiro ualitudinē:  
lauticiē uiuctus potius q̄ luxū qrēti pdessem: & posteris ostē  
derē hāc nostrā etatē igania habuisse q̄ maiores si nō eq̄re  
imitari saltē i quo quis genere dicēdi auderēt. Has ergo ru/  
sticatiōes meas: q̄s hac estate i secessu tusculāo apud iclitū  
& aplissimū patrē Frāciscū Gōzagā: nō aspnabere doctissi  
me pater si boni pluq̄ mali in se habēt: siue nō ad flagitiū  
qd̄ eēt detestandū: sed ad ualitudinē & modestiā hoies te  
etiā impellēte noīs tui auētoritate interposita adhortant̄.

Delegendus locus ad habitandū cap.i.

c X quattuor elementis: unde animantia quæq; aut  
mixtim: aut seorsum originem traxere: duo sunt ex  
qbus & in qbus potissimū uiuit hō. terra. l. & aer. Ab igne  
enī & aqua: quoq; alterū supra modū frigidū & humidū ē  
alterū calidū & siccū: ita natura secludimur: ut habita qtū  
individua reqrunt pticula quadā diutius inter hac uersari  
nequeamus. Familiariora igit̄ hūano generi & q̄si domici  
lia sūt terra & aer: i qbus ad ualitudinē & uoluptatē eligē  
dus est locus: ne brutis hac in re iferiores eē uideamur: que  
ex regiōibus salubritatē cū iucūditate reqrūt. Deligat itaq;  
hō nō in ciuilibus & ingenii pticeps tū in urbe: tum in agris  
p anni tpe locū saluberrimū: iucūdū: amenū uenustū: ubi  
edificiet. ubi rei rusticæ operā det: ubi musis & ingenio ua/  
cet: ubi postremo: qd̄ fieri perfacile a uiro castissimo & do  
ctissimo pōt cum dii ipsis loquaf. Estate petat loca excelsa

non nebulosa non uentosa nimiū: sed puri clari tempera/  
tiq; celi: ubi domū habeat egregie cameratam: cuius fene/  
stre Varronis auctoritate ad orientem & septemtrionem  
uergant. Tale enim domicilium ueniēte sole illustrat. &  
quasi repurgatū omni nocturna labe: cū non admodū ca/  
lesiat occidente eodem septētrionali aura refrigeratur. Ea/  
dem quoq; rōne utemur: si nobis secundū maris litus ha/  
bitare cōtigerit: q; p estatē meridiano & occiduo sole alia  
rōne edificate domus admodū ~~fuerat~~. unde fit ut corpo/  
ra diutino calore uiciata: ac nulla uoluptate adiuta: i gra/  
ues & periculosos incidāt morbos. Vere autē hyeme autū  
no maxime ubi temperies fuerit in planis collinis ac ma/  
ritimis locis cōmode & salubriter habitaueris: modopcul  
sint a paludibus a stagnis a calidis ac sulphureis fontibus  
Sūt ét q scribāt fluminū auras ac maritimæ oræ: si a meri/  
die flauerint: in salubres esse. maxie uero in grauibus locis  
qd' hodie quoq; i latio ac in maritimis austro expositis fre/  
quētatis funeribus cernit'. Cauendū est etiā ab imenso fri/  
gore p̄cipue uero flāte borea: unde & neruorū cōcactiōes  
distētiones ac rigores: quos græci spasmū & tetanū uocāt  
& tusses distillatiōes tormina lipitudines raucedies ac ue/  
sicæ dolores nascunt'. Adde qd' ut nimio calore cōcoctio  
intermittif. somnus auferf. resoluif. corpus ac mens iacet  
ita nimio frigore hebetāf sensus: & destitutū ppe somēto  
naturali stupet īgeniū. Optia est hyens: ut ait Celsus quæ  
uento uacat: salubris estas quæ fauonii pflant: uel septētri/  
onales magis q̄ subsolani & ut uetus a mediterāeis regio/  
nibus ueniēs salubris est: ita fere a mari grauis. Igne itaq;  
eo tempore anni fouenda sunt membra: nō tamen diu fo

co inherendū est: ne & corpus pigrescat & debilitetur in/  
geniū & malis uaporibus (quod fieri solet) cerebrū replea  
tur attractis per ignē ad caput humoribus: quos græci ca/  
tarros & reumata nostri fluores & distillationes appellāt.  
Obeunda sunt negotia: tum urbana: tum rustica: uacan/  
dum ingenio: si doctrina imbuti sumus: unde solida & in  
tegra uoluptas oriri solet.

De excitatione corporis.

cap. ii.

Erum quia ignauia corpus hebetat & secordē ui/  
tam psequit ualitudo: exercitatione liberali utē/  
dum est: qā & sanguis ocio deprauatus emenda/  
tur: & mēbra ualidiora ac prōptiora ad id qđ instat agē/  
dum fiunt: & stomachus motu: in quo calor inest ad appe/  
tentia excitat̄: & mens adiuuātibus sensibus ad cognitio/  
nem rerū occultarū & admirabiliū celerior & acutior red/  
ditur. Sed neq; hoc ante cōcoctionem: neq; iejun. o admo/  
dum & famelico corpore faciendū est. expectanda est pri/  
ma cōcoctiō postq; nil crudū: nil inane de stomacho perti/  
mescendū est. Hominē cōmode exercēt ambulatio nego/  
tiatio: per cliuū ascensus ac descensus. Rei nō pōderose  
de loco ad locum portatio: ubi domi sumus. Sāritio: occa/  
tio: insitio: putatio: dum hortos & pomaria animā gratia  
colimus. Exercent item sed cōcūtatiū pila: tum maior: tū  
minore questres ac pedestres ludi: graditatura: sed indecē/  
tius. Præterea certare saltu: iaculum torquere: arcum intē/  
dere: lucta: luctari: uenatione defatigari: nō alienum ab in/  
genuo ac ciuili uiro uidetur: quādo pro patria si opus fue/  
rit strenue sūpturi sunt arma. Fient hæc cōmodius ad uali/  
tudinē: & subinde ad uoluptatem sub dio cælo & in sole

q̄ sub tecto aut in umbra. Ille potissimum exercitationes laudandæ sunt ut ait Celsus: quatum finis plerumq; sudor est aut certe lassitudo quæ citra fatigationē sit. Sed hoc maximum attendendū est: ut equaliter oīa mēbra secūdū uires exerceant nedū uni parcimus: reliqua nimio labore obruātur. Ut uero ex nimio ocio: ita ex nimia defatigatione pericitatur. Mediū igitur quoddā tenendū est ne dolorē cum uoluptate permutemus. De cena. cap. iii.

Edato tandem ab oī concitatiōe corpore: cū uesperī edendū sit: quo tpe nostri cenam facere dicunt cū prandio maiores & quidē militātes ante meridiē uti consueuerint: cibus quē stomachus noster coquere haud grauate possit capiēdus est. Partius tamē edendū tū est: maxie uero bilōsis quoq; morbi humiditate nocturna ut gēte cibo etiā augeri nō line incōmodo solēt. Sūpto cibo ab oī cōmotione corporea uehemēti p̄serti & mētis agitatiōe duabus horis supsedendū est: donec saltē p̄ia cōcoctio fiat. De ioco & ludo. cap. iii.

I Nterim uero iocis ac ludo minime cōcitato uacādū: ne sensus cogitatiōe occupati cōcoctionē īpediat. Careat iocus quē urbanū facetū modestū uolo dicacitate scurilitate mordacitate. Nolo mimos nō p̄teruiā: nō dichteria nō cōuicia unde ira & indignatio ac plerūq; magna rixaoritur. Ludus sit talis: tessera: saccho: ut nostra appellatione utar: carthis uariis imaginib; pictis. Absit inter ludēdū oīs fraus & auaricia: qua illiberalior & detestādus fit ludus: nec ullā affert ludēti uoluptatē: cū timor ira & imensa hahēdi cupiditas uariis modis ludētes cruciat. si lucubrandū est nō post cibū id facere: sed post cōcoctio-

nem debemus. naturalis enī calor cōmotione & agitatiōe  
mētis a stomacho retrahit: aut ibecilior ad coquendū redi-  
ditur.

De somno.

cap.v

T aūt nimia exercitatio & lōga uigilia uim corporis  
pſternūt:cōcoctionē impediūt:spiritus uitales de-  
bilitāt:cerebrū excitāt.Sic tēpatus somnus:& q nō ex cra-  
pula & ebrietate uenit,mēbra labore fessa instaurat:calorē  
stomacho subministrat:mentē purgat:ac deniq̄ totū cor-  
pus ad honestā actionē ex qua uirtutis habitus cōparat:re-  
nouat. Ut hyeme cōmodior culcitra plumea est:ita lanea  
uel bōbycina æstate salubrior. A nimio tū somno p̄cauē-  
dū est:unde & corpus macrescit & sensus hebetant̄ & sto-  
machus fluore tentat̄ & caput ac cerebrū grauaf̄ & obtū-  
dit̄. Ad somnū nos mortales iuitat.q trāquilla q obscura  
q frigida & humida est.Nūc cimices plerūq̄ intēturbāt:  
quos hac rōne facillime tolles.Cucumerē anguinēcōdi-  
to in aquā eāq̄ in lecticā:& quo uoles ifundito.Vel fel bu-  
bulū cum aceto mixtū supfundito,nulli nascent̄.Fugabit̄  
itē ex cubiculo pulex si aquā ex coriādro circūquaq̄ fūdes  
Meridiari.n.hoc est meridie dormire: nisi sedēdo tātisper  
dum fumi aliqātulum euaporent insalubre est & pestiferū.  
Capit.n.debilitat̄ distillationes augētur pituita crescit ca-  
lor naturalis corrūpitur:segne omnino desidiosum mar-  
cidum ac languidum corpus efficitur.

Qua ratione cubandum sit.

cap.vi.

N facié dormiat cui stomachus imbecillis est. Id  
i enī cōcoctionem adiuuat nec patit̄ pituitā cōcre-  
scere calorem naturalem augēdo: quo noxi hu-  
mores excoquūtur. Dormire item primo somno in latus

cimices  
meridium

Cucumerē  
meridium

destrū: deinde in sinistrū putile est. Supinus ne dormiat q  
sane mētis est: inde. n. pleriq; & graues oriunt̄ morbi: cum  
& cerebrum & neruos & renes fluidus humor inficiat: tali  
acubitu proprio meatu auersus. Dormire capite & hume/  
ris elatis mire ad ualitudinē facit. Noctu uitanda est luna  
p̄cipue cū dormit̄: q̄a frigidos humores mouet: & reuma/  
tismū plurifariam generat: maxime uero si radii lunares:  
quorum qualitas frigida est & humida in caput dormiētis  
deciderint. De concubitu. cap. vii.

Oncubitus: quē Hippocrates medicorū princeps  
diuina uir scientia ait partē esse quādā comicialis  
morbi: neq; nimis est cōcupiscēdus: neq; oīo post  
habēdus: cū ad generationē faciat: q̄ aiatiū species cōse/  
quantur. Rarus(ut ait Celsus) corpus excitat: frequens sol  
uit: frequentē dixit non numero: sed rōe etatis & corporis.  
Is: n. coitus nō inutilis est: & ad uoluptatem facit: quē nul  
lus langor aut dolor sequit̄. Peior est estate & autūno: tole  
rabilior hyeme & uere noctu tutior q̄ interdiu: si non hunc  
cum uigilia labor statim sequitur.

Quid sit agēdū ubi cubitu surrexeris. cap. viii.

I bene cōcoxit exspectus mane tuto surgit: qui mi/  
nus: q̄escere in strato debet & redormire: si mane  
ante tēpus resurgēdi necessitas fuit. cōqescat dein  
de neq; exercitatiōi se: aut negocio credat.. Vt uespertinū ita  
matutinū frigus ei fugiēdū ē: q̄ ex capite & stomacho labo  
rat. Vbi qs surrrexerit paululū intermittere debet: deinde ca  
pillū sursum uorsum pectere: excreādo cōtinuo id pictuītes:  
qd noctu concepit. Lauare itē pedes & caput ante cibū nō  
inutile beneuolenti erit: purgāmētā corporis: quæ ad extre

ma expellunt<sup>f</sup> bene detergēdo. Fouere os multa aqua esta/  
te p̄cipue: non erit in salubre: hyeme uero temperarius id  
agendum est: ne nerui ac sensum rigore ledant<sup>f</sup> & obstupe  
scant Mouere aluum si constrictior est: eandemq; sistere si  
profluui laborat: medicorum propriū est: Q uare ab hiis  
de hac atq; item de cæteris medicamētis: quæ ad curandā  
ualitudinē pertinent: ratio petatur. A me.n.tantummodo  
capita ponentur: cnm in rerum proprietatē incidero: quia  
de uoluptate loqui satius diximus quæ magua & solita cō  
parabitur: si a noxiis cauentes: quæ secundū naturam sunt  
prudenter ac modeste amplectemur.

De exercitatione post somnum.

Vi bene concoxit(ut ait Celsus)ampliorem q ma/  
le remissiorem exercitationem faciat: sed multum  
refert: sit ne quis urbanus an rusticus miles an stu/  
dio litterarū remolitus. Exercitationes.n.ex genere natu/  
rarū:& studiorum sumendæ sunt. Venatiōe rusticus ac mi/  
les utaf<sup>f</sup>: qd<sup>f</sup> similitudinē quondā cū militari solertia hēat  
quodcūq; rusticis fore eorū opa euertēdo ac p̄dando hosti/  
um loco habeanf<sup>f</sup>. Gaudet aucupio ciuis: nec uenationem  
aspernat Atq; ocio & musis delectat<sup>f</sup> clare legat: post lectio/  
nem multū ambulet: non sub tecto sed in sole: si caput pa/  
titur. Gestet more maior<sup>f</sup>: egret hortos & pomaria inuisat  
riuos deducat surculos ponat: infisionē faciat: herbas aro/  
maticas plantet:rūcet sariat: uisco & bubone aues capiat.  
apū aluearia cuſret: auiculas canoras enutriat: pīscias ha/  
beat: unde piscari nō icōmode possit: in foro ambulet ne/  
gocia trāsigat de repu. loquat<sup>f</sup> si opus fuerit & differat. In  
de domū si bis in die comedere assueuit reuertatur, Inediā

non ferat quæ stomachum pituita replet. Hanc tamē facilius sustinent medie etates minus iuuenes minime pueri & senectute confecti ratione uiriū. Cauendū est item ne ante famem comedamus: ne quid assumimus ad robur & uim corporis id totum in uitio & perniciē uertatur. quod certe a crudo & repleto stomacho fieri consuevit.

Quid obseruādū ī uita ad uoluptatē. cap.x:

Cribere de obsoniis & pulmētis nostrorū tēporū:  
& qbus maxie aula rōana uescif̄ deinceps institui:  
si prius pauca attigero q̄ ad ualitudinē & uoluptatē hoīs  
faciūt. Nō.n.oēs cibis oībus cōferūt Sed ut uaria sūt elemē  
ta. uarie hoīm ex hūoribus appetētie: uarii quoq; gustus sic  
uarii debēt eē cibi. ut qd̄ cōuenit qd̄ sapit quod nutrit. uni  
cuiq; tribuat. Nemo.n.me auctore qd̄ fastidio afficit. qd̄  
nocet. qd̄ cruciat. qd̄ iterficit comedet. Pensitabit qſq; qd̄  
genio suo cōuēiat. & id cibi eiusq; generis assumet. qd̄ enu  
trire corpus sine molestia possit. Meminerit unusq; (dicti  
illius socratici) edēdū eē ut uiuamus nos nō ppter ea uiue/  
re ut edamus. Corpus hoc quo sustinemur oēs ex uiuimus  
ex qttuor hūoribus cōstat. Hēt.n.i se sāguinē. bilē rubeā.  
quā & cholera dicimus. atrā bilē. quā eādē melācholiā ap  
pellabimus. hēt ēt phlegma. quæ & pituita latie diceb. san/  
guinis sedes epar ē: siue iecur malis appellare. In pcordiis  
p̄sidet bilis rubea: at in sinistro latere maxime uero in felle  
domiliū hēt atra bilis. Pituita caput & stomachū uexat ide  
quoq; ī uesicā & renes cū pnicie hoīs descēdit. Sāguis cali/  
dus & hūectus ueri cōpat, cholera sicca & calida estati. Me/  
lancholia sicca & frigida autūno. Phlegma frigidū & hu/  
midū hyemi. Eadē quoq; pportiōe his hūoribus cū elemē

tis:q & temporibus crescūt. Auget sanguis ab. viii. idus februarii usq ad. viii. idus maii hāc ob rem bonis cibis & tēperatis utendū ē. Demēdū tamē aliqd de cibo ē addēdūq; potiōi. bibere ē dilutius cōuenit utendū carne & oleribus trāseūdū paululū ad assa ab elixis. Venus eo tpe āni tutissi ma ē. Surgit cholera ab. viii. idus maii usq ad. viii. idus au gusti. Vtēdū tū frigidis & humidis ē: laborādū parcus: car ne assa ut s̄epius āte cibū: sic exigua utēdū ē. Sit potio q dīlutissima ut & sit̄ tollat: nec corpus icēdat uenere tamē oīo abstinentēdū. Dominat melācholia ab. viii. idus augusti usq ad. viii. idus nouēbris. Acidis tū atq acribus utendū ac mi nus elaborandū. Ab. viii. idus nouēbris usq ad. viii. idus februarii phlegma siue pituita maius appellare uiget. Esse plus tū maxime cōuenit. Minus sed meracius bibere: pane plus solitc uti:carne potius elixa q assa:olerib⁹ modice Eo tpe āni caldis oībus habita tamē corporū nostrorū rōe utēdū ē. Venus tū nō eque pniciosa. Hæc q diligēter obserua bit: nō me sed natura admouēte qd p̄fit. quid contra toto anno facillime dephendens incolumi sospitate uitam cū uoluptate transfiges: nulla indigebit medicorū opa:& in dustria. Vnū tamē oēs admonuerimus ne nimia edendi cu piditate cibū(ut pleriq⁹ solent)minus dentibus contusum deglutiant. Laboratum stomachus in decoctione:& crudum cum p̄cordiorum dolore ruqtat. Mollat igif & terat diligēter quātum coquere pōt:hac:n.ratione in digerendo quātunsa sunt mirum in modum stomachus iuuatur.

De Quoco.

cap.xi.

Oquum habeat arte & lōga experientia doctū: pa tientē laboris:& q laudari i ea re maxime cupiat.

Careat is oī squalore & spurcitia: cognoscat apposite car-  
niū: pisciū: oleoꝝ uim atqꝝ naturā ut qd assū: qd elixū: qd  
frictū fieri debeat dephēdat. Calleat gustu discernere q̄ sa-  
lita nimis:& q̄ fatua sūt. Noui comēsi nostra etate coquoꝝ  
principi:& a quo obsonioꝝ cōficiēdoꝝ rōnē accepi: sit oīo  
si fieri pōt p̄ silīs. Non sit gulosus & edax: ut Marisius gal-  
lus: ne qd dominū edere oportet: ipe itercipiat & deuoret

De paranda mensa. cap:xii.

p Ro tpe āni parāda est mensa: hyeme locis clausis  
& calidis: estate frigidis & aptis. Vere i tricliniū &  
mensā sternāt̄ flores: hyeme fiat suffumigatio odoramēto-  
rū. Estate sternāt̄ pauimētū frōdibꝝ odoriferatū arboꝝ: ui-  
tis ac salicis: q̄ cōclauē recertēt. Autūno uuæ maturæ pira,  
poma a laq̄aribus pēdeāt. Albae sint mappæ:cādida man-  
tilia: ne si secus fuerit fastidiū generēt:& auiditatē edendi  
tollāt. Cultros tergat seruus: eorūqꝝ aciē plixet: ne i mora  
sint cōuiue obferri hebetudinē: parata sint reliqꝝ uasa tersa  
nitida siue illa fictilia sint siue argētea. Hec. n. lautities ēt  
residentē appetētiā excitat. De sale. cap.xiii.

Alem regrit mēsa ne i salis uideāt̄ obsonia: unde

f fatuos hoīes dicimus stolidos & insipidos: q̄ nil  
salis hoc ē īgenii hēant a græco uocabulo & uenit  
uersa dasea in s. Salis uis adeo ignea ē: ut q̄ attīgit corpora  
astrigat̄ siccat̄ alliget. Mortua si saltura tépori fiat optie cō  
seruant̄ ut de pnis & de aliis falsamētis licet cernere. Cō/  
tra morbos quosdā plurimū ualet: cū adurat repurget, ex/  
tenuet dissoluat: stomacho tamē iutilis pterq̄ ad exercitā/  
dā auiditatē. Eius īmoderatus usus epati: sanguini: oculis  
admodū nocet. Vlceribus, qbusdā & morsibus uenenosis

illitus pdest. Sal quo usurus in mēsa es sit albus & mēdus  
ut uolateranus in hetruria. De pane. cap. xiii.

Nter fruges ad usum hoīum inuētas: frumētū uti  
lissimū est cuius spēs secūdū Celsum habent hali  
ca:oriza:tissana:hamiliū:triticū:siligo:far:quod  
adoreū ueteres appellauere: unde adorare dictū: q̄a libis  
adoreis sacra diis exhiberenſ. Tritico nil ē fertilius & sua  
uius:uel qđ magis alat:maxie si collinū & nō cāpestre fue  
rit. Ordeū frugū oīum nobilissimū habet:q̄ in sicca & so/  
luta terra seri uelit q̄ cito maturescat:& ob gracilitatē ca/  
lamī āte oīa frumēta succidat. Ex hoc polēta & aqua mul  
sa egrotatiū causa cōmodius fiet q̄ panis Siliginē aphrica  
nā cuius panē ueteres laudabāt: nequaq̄ similē huic credi  
derim:qua nostra etas uescit:cū nullū genus panifici hoc  
sit insuauius & qđ auiditatē edendi minus utiliter cōpri/  
mat. Qui igif̄ pistoriciā exerceſ: farinā quāq̄ a farre dictā  
ex tritico bene molitā sumat: ab ea deniq̄ cribro farinaceo  
ptenui furfures & polinē fecernat:quā quidē in mēsam pa  
nificiā circūquaq̄ a lateribus clausam iposita aqua calida  
& quidē falsa:ut ferrariēſ in Italia solēt. Si i locis hume/  
ctis habitas:inditacq̄ ex fermēto offa bene adiuuātibus so/  
ciis usq̄ ad eā crassitudinē subigat:q̄ uon incōmode panis  
cōfici pōt. Caeuat pistor ne plus minusue fermēti q̄ decet  
iponat:ex illo.n.acorē panis cōcipit: ex hoc grauior fit in  
cōcoctione & insalubrior cū aluū astringat. Panis in cliba  
no bñ coctus & nō eiusdē diei:neq̄ ex tritico apprime no/  
uo cōmode nutrit:& si tarde cōcoquitur.

De placentis.

cap. xv.

Vbi uagat idem pistor tantū farinæ ex aqua calida

quātū ad faciēdā placētā sat ē. & subacte indat feniculi se  
men ac laridū tessalati cōcīsum: aut butyrū: uel oleū seor/  
lum tamē ac rursū tādiu subigat: quoad oīa in unā redege  
rit massā. p̄mat dēide manib⁹ in orbicularē formā. ac cli/  
bano iſerat una cū pane. uel in focolari sub textu cinere &  
carbonib⁹ coqt. Fit & aliud genus placēte sine larido ad/  
hibito sale oleo & feniculo: qđ sub cinere & carbonib⁹ co  
quit. Omitto placētas oblōgas: quæ ex pane fermētato &  
nōdū cocto fiunt: cū nullā habeāt uoluptatē. Sūt itē q̄ fice  
dulas & auiculas paruas. quiq; caseū recētē & pinguē seor  
sum ab auiculis pani includāt: ut simul in furno coquātur

Quid sit edendum primo. cap. xvi.

**O** Bseruādus est ordo in assumēdis cībis. cū oīa quæ  
aluum mouēt: quæq; leuis ac parui sint alimenti.  
ut poma fere ac pira quedā tutius ac suauius prima mensa  
comedant̄. Addo etiam lactucas & quicquid crudum uel  
coctum ex aceto & oleo assumitur. Oua preterea sorbilia  
presertim: ac tragemata quedā: quæ nos belaria dicimus  
ex aromatibus & nucleis pineis aut melle aut saccharo cō  
dita: conuiuīis precommode apponuntur.

De cerasis. cap. xvii.

**C**e X pomiferis arboribus apud nos cerasa: siue ut Ser  
vio placet cerasia libet appellare: primo mature/  
scunt. Primum itaq; edenda apponant̄. Hanc ob rem. L:  
Lucullus post uictoriā mithridaticam urbis anno sexcē  
tesimo octogesimo in Italiam uexit: cuius tanta fuit uber/  
tas: ut ad oceanum in britāniā usq; peruererit. Cerasio/  
fiorum quedam iunt acida quedam austera & quedā dul/  
cia. Austera uentrem cōstrīngnt. stomachum exasperāt.

125

Acida pituitā incidūt. flauam bilē reprimunt. sitim extingunt: & desideriū edēdi inducūt. Dulcia stomacho aduersa: lūbricos & putridos humores in uentre generāt. Deuorata mane dū recentia sunt cū suis nucleus: urinam & uentre mouent.

De prunis. cap. xviii.

Ngens est (ut ait Plinius) prunoꝝ turba. A coleribus quedā sumpsero noīa. ut alba & nigra. A siꝝ militudine alia: ut ordearia: q̄ colorē ordeaceū sint cōsecuta. A uilitate alia sunt asinaria cognominata. Ab externa gente qdā etiā armeniaca dicta: q̄ odore peculiari laudant̄: Damascena oblōga & nigra a ciuitate syrie damasco nomē ducētia cæteris p̄stātiora & salubriora sūt. Nulla arbor p adoptionē hoc ē insitionē facilius in familiis aliarū arboꝝ transit. Mirat̄ Plinius de pruno nullā a Catone mētionē fieri: cū pruna sylvestria ubiq̄ nascereſ. Usus prunoꝝ ante cibū (si moderatus ē) aluū citā facit bilēlenit. uoluptatē sitienti affert. Pruna ac mala oīa: ut cera/ fa pira & reliqua lecta cū petiolis: & in melle posita ita ne se cōtingāt: diu seruabis.

De moris. cap. xix.

Orus satiua tardissime senescit. In egypto & cypro abūdantissimi succi fructus pducit: quoꝝ trinus color ē. priō albescūt: deinde rubescūt: postremo nigerrima fiūt quasi Tisbes puelle egyptiace cruore respsa. Matura mora q̄uis ad humiditatē & caliditatē tēdūt parū tamē alūt. stomacho aduersant̄ q̄a i eo facillime putrefescūt. Verū qa aluū citā faciūt priā mēsa comedēda sunt nā & urinā mouēt: & in aqua frigida humectata: siti extingunt. Sūt & mora ex rubis nascētia: qbus utunt̄ in pigmētis medici. Ut mora recētia diu durēt hoc mō facies. Succū

b

ex moris exprimito misceroq; cū sapa. & in uitreo uase cū  
moris mittito: uirida diu seruabis.

De peponibus.

cap.xx.

p Epones a malepeponibus differre uident: cū hi  
fere rotundi et cōstati sint: illi oblongi: quasi ma  
la citrea. Verū nō adeo differūt: cū a pedonibus malepe/  
pones factos asserat Plinius. A pediculo maturi spōte di/  
scēdūt q̄uis nō pendēt. Gratus est certe peponis usus: ue/  
rum difficillime ob eius frigiditatē cōmixtam humiditati  
coquīt. Pepon tamē detracta cute: & abiecto semine esui  
datus: stomachi cōpescit ardores: aluū leniter mollit. Re  
purgato stomacho edēdus ē: q̄a facillime in eos humores  
cōuertit: & concoctionē retardat: quos p̄dominari in cibi  
receptaculo cōpererit. Hāc ob rē nobis a maioribus im/  
peratū ē: ut pepones ieuni comedamus: sup sedeamusq; a  
reliquo cibo, donec i fundo semicocti refederit. Eius usus  
& si neruis obest eos humectādo urinam tñ puocat: renes  
ac uesicā purgat adiecto semie. Sūt q̄ dicāt p̄eponū malī  
ciā potu oxiziacchare aut oximellis sedari ac cōprimi. aliū  
aquā ut Auicēna pponūt. alii uinū Sētiā ego cū natura: q̄  
post esū peponis uinū et qdē optimū appetit. Q uod q̄si  
quoddā antidotū ē cōtra peponis frigiditatē & rigorem.  
Hoc aūt fructu Albinus impator adeo delectatus ē: ut &  
centum psica cāpana: & decē pepones hostiēses una cena  
comederit.

De cucumeribus. cap.xxi.

c Vcumeris uis & natura prius fuerat explicanda  
cū asserat Plinius cucumeres magnitudine exce  
dētes pepones uocari. Decepit me ingenu(e erratū fateor)  
uoluptas q̄ ex esū peponis capīt. Nūc. n. nō cucumeribus

25

solū : sed cui uis edulio anteposuerim semper. Cucumerū  
tria sunt genera : maior liuidus est & minus nocēs : nam &  
aluū soluit & sua frigiditate stomacho estate p̄sertim uide  
tur accommodatus. Folia eius ex uino trita uulneribus me/  
def̄ quæ caninus morsus ipressit. Eius semē ex uino dulci  
datū uesicæ laborati subuenit. Citrinus quē nostra etate a  
calore citrullū uocat : frigidos & noxios generat humores  
unde febres autūnales oriunt̄ q̄ diutius q̄ oporteret i sto/  
macho morent̄. Huius semen tritū & potui datū febrici/  
tātes iuuat : dum sitim extinguit. Anguineus omniū nocē/  
tissimus est : unde & recte ab angue nomē accepit. cuius ui  
Columella his carminibus explicat.

Liuidus ac cucumis grauida qui nascitur aluo.

Hyrus : & ut coluber nodoso gramine tectus  
Ventre cubat flexo seūper collectus in orbem :  
Noxius exacuit morbos estatis inique.

Duo illa supiora genera ablata cute erutoq; semine tessa/  
latim cōcisa ex sale & oleo & aceto comedunt̄. Sūt qui ad  
reprimendā frigiditatē aromata cōcisis inspargāt. Angui  
neū hetrusci q̄ maxie pomis & holeribus delectant̄ abra/  
sa & cute lanugine cū sale tantū deuorāt. Cucumeres Ti/  
berius princeps adeo auide cōcupiuit : ut nulla nō arte alie/  
no etiā tēpore eos <sup>magis</sup> uescant̄. Hos teneros adhuc mēstruosa  
mulier primo tactu necat. tanta est huius morbi uis.

De crysomalis

cap. xxii:

c Rysomala ego illā eē crediderim : quæ Virgilius  
aurea mala uocat : & si Theocriti carmen : unde  
Maro suum transtulit : non idem sonet : inter constana hoc  
quoq; a Plinio numerat̄. Q d autē aureū magis appellē :

b ii

q̄ hoc: haud satis scio. Sunt qui hæc inter persica censenda  
putāt: moti credo colore. Facit autē sapor & uis ne uerū id  
esse credā. Prīa mensa sumpta p̄cipue neapolitana: quæ in  
p̄cio sunt cū aneso & passulis uel ex uino meraco' aut defe/  
cato melle stomacho minus nocēt. Post cibū uero ad pu/  
trefactionē cito uergēs humores generat pituitos.

De ficis.

cap. xxiiii.

**f**icus sola ex oībus arboribus nō floret: lacte fructū  
p̄ducit. Huius uaria sunt genera. Est ficus alba ex  
fœlicibus: cōtra nigra ex ifœlicibus arboribus. fœlices ar/  
bores putant̄ esse quercus esculus ilex suber fagus corylus  
sorbus pirus malus uitis prunus cornus lotus. est & chia a  
loco coctana a ciuitate syriæ nomē sumētia. Aphricana p/  
uicia dicta: unde nomē accepit: hāc ego illā eē arbitror: cu  
ius pomū Cato tertiu punicū bellū q̄rens in senatū anxius  
detulit: interrogāsq; patres cōscriptos & eos maxie: q̄ Car  
thaginē uirtutis romane materiā nequaq̄ delēdā cēsebāt:  
**Q**uādiu īgt pomū hoc ex ppria arbore dēptū putatis: cū  
iter oēs recēs eē cōstaret. At q̄ tertiu ante diē scitote Cartha  
gine decerpū esse: tā ppe nos habemus hostē. Statiq; sum  
ptū tertiu punicū bellū: quo Carthago Romani imperiū  
quondā emula delata est. Sūt itē q̄ ab inuētoribus sumpse  
re noīa: ut liuiana calphurniana pōpeiana. Sūt p̄terea se/  
rotine p̄coces biffere duri corie: q̄ tardē q̄ citius coquanf:  
q̄ bis in anno ficos p̄ducāt: q̄ corio duro obuoluant̄. Est  
& numidica & marisca & carica: grossuli scdm Macrobiū  
appellāf fici: q̄ nō maturescūt. Albin⁹. n. de Bruto loquēs  
grossulos inq̄t ex melle edebat tanq̄ stultus. Fici recētes cū  
ad caliditatē & hūiditatē tendāt mature p̄fertim. nō adeo

nocent: licet oēs fructus malos generēt humores. Epilēti/  
cis. n. sicce cōferūt pulmonē pectus ac gutt̄ catarro exaspa  
tū leniunt: opilatiōes epatis & splenis aperiunt: humores  
grossos et renibus et uelica eiiciūt. corruptū lāguinē ac cu  
té pellūt. creber tñ eoꝝ usus pediculos generat. Fici p̄coꝝ  
pníciosa humiditate abūdāt. & ob hanc rē desiccari nullo  
modo possūt. Hūc. n. fructū biffere quasi fecē naturæ suæ  
efferūt: quo maxie delectatus ē Augustus. Magnus pōpe/  
us mitridate deuicto i scrinio eius iuenit ipsius manu scri/  
ptā cōpositionē: qua ille p̄sumpta aduersus oīa ueneficia  
in totū diē tutū se incolumēq; p̄stabat: in q̄ iuglās una: fici  
due sicce potissimū: rutte folia uiginti: salis granū: in unū  
cōtundunt & deuorant a ieunio. Est et caprificus ex silue  
stri genere ficcus: nunq̄ māturescēs. Fici cū penolis quātū  
fieri poterit lōgis & illesis recētes in melle diu seruabunt.

## Liber Secundus

q Vi de agricultura scripsere arborem a fructice  
ita differre dixerūt: ut fructex ab herba. Est enī  
fructex: q ad iustā arboris magnitudinē nō as/  
surgit: & statura multis herbis p̄similis: sed nō  
demorit neq; arescit ut herba. perennis est. in  
de fructicari dicimus nasci ex fructice. Fructus p̄terea qua/  
drifariā diuisere: accīna dicētes uuā: grana edere: grana sā  
buci: grana ebuli: grana mali punici. addit̄ ēt morū: & q̄c  
qd his simile. Inter baccas uero fructus Lauri: Oliuæ: Cor  
ni: Loti: quā fabā: syriacam uocant: Mirti: Lentisci: simi/  
liumq; Plinius cāteriq; numerabāt. Inter nuces omne qd

foris duro tegit̄ cortice & intus habeat qd̄ esui est. Postremo ea oia uel mala esse dicebat quae foris quod esui est habeat: dura intus includat. Ob hanc distinctionem affirmat qdā persicū inter mala numerandū.

De malis. cap.i.

E malis igit̄ dicēdū nunc est: & maxime de his  
d q̄ ante cibū comedunt̄. Austerā & stiptica post  
epulas tutius assumunt̄. Sunt autē malorum gene  
ra plura de qbus suo loco diceb̄. Dulcia & cito maturescē  
tia: qualia sūt orbiculata: p̄cacia: melimella: q̄ oia fere sto  
machū & aluum soluunt: prima mensa sunt comedenda  
Diascorides qd̄ ad estiua mala ptinet: hoc sensit. Ea cre  
didit pituitā nutrire: fellis ardores excitare: inflammatiōes  
mouere: neruosis ptibus minime cōuenire. Galienus uero  
nō oia reiiciēda pnūciat: sed ea tantū quae aut aquei sapo  
ris sunt: aut aspri atq; acidi. Dulcia autē & matura: quaeq;  
hyeme custodita suauiter fragrāt: inflamationē tollūt: sto  
macho nauseanti succurrūt: & appetentiā inducūt. Mala  
autē frigida esse & humida ex eo maxime deprehēdit: qd̄  
succus ex his expressus facile transit in acorē. Hanc ob  
quidā cēsuere huiuscemodi fructus bono stomacho ante  
mensam non nocere: cum uentrē humectent & precordia  
refrigerent.

De piris. cap.ii.

Irorū naturā Diascorides stipticā tradit: & ideo  
p cōtrita & apposita ipetus oīs īcurrentiū humo  
rum auertūt: sanguinē ex naribus & uulneribus  
fluentē sistūt. Ex his quedā sūt dulcia: quedā austera: que  
dā acida. Dulcia cū sint aquatī & soluti saporis: cūq; in  
ter frigidū & calidum cōsistant: ut pote parua illa & ocyſ  
sima: quae Plinius supba innuit appellari: ante cibū dāda

2

sunt. Hæc nos uernatica līqua moscatina ab odore uocamus. Denf itē alia si q̄ sunt his similia. Stiptica uero & acida: quorū magna turba est: secūdæ mēsæ reseruent q̄a ante cibū sumpta astringūt: qđ ualitudini contrariū est. Annotatū est ēt pira p̄ter alia poma corpus nutrire: Piro magna certe inest uis: nec in fructu solū: uerū ēt in radicibus & foliis. Cū fungis ac boletis īcocta: uenenū si qđ inest tol lūt. Decocta folia uulneribus medenf. Semen aut̄ pirorū cū melle tritū ac iejunis traditū: dolorē iecoris submouet. Condiunf autē pira totidē modis. quot uue mala: pruna persica cytonia. Poma itē omnia p̄cōmode seruant̄: si p̄ maria in tabulatis posita fenestras ab austro ad septētrio nem uergētes habuerint. Substerni stramētis ac paleis debent: ne humore nimio: qui ex cōtractu oritur frigescant.

De uua: cap.iii.

Vī uuam quasi uuidam ex abundantia humoris ethymologia notauere. recte mihi fecisse uident̄: cuīm maximus inde perfluat humor: quod mustū primo: mox defecatum uinum appellatur. Vuam ex arbo re nasci nō ausim dicere: cum nō plane sit arbor: eandem quoq̄ fructicem dicere iniuria esset: Teneat igitur tanquā res p̄aclara medium quoddam: nec etiam ut quibusdam placet acinis patiat̄ ascribi: ut grana hedere: & grana sambuci: his enim omnino dissimilis esset: si uinaceis careret: quod fieri perfacile poterit: si Columellam imitatus: malieolum findes: ita ne gēme ledanf. medullāq̄ omnē erades: tum demum in se compositum colligabis: ita tamen ne gemmas alliges: in terram deinde stercoratā depones: & rigabis. Adulta uitis uuas tibi sine uinaceis p̄stabit;

b iii

*Vuarū generā multa sunt. Amīneā a regiōne Amīnei enī  
fuere ubi olim falernū: Appiana ab apio. Brumaſta a simi-  
litudine māme bubule: Mareotis: precox nomētana: p̄cia  
p̄sithia: lagea: quæ & leporaria dici p̄t. Sunt & alia plura  
quæ enumerare longū esset Vuarū mātūrēntiū uehemē-  
tiores nigre: ideoq; uinū ex his minus iucundū: suauiores  
albe: unde uinū gratū fit. Inter oēs auctores cōuenit ficos  
& uuas bene māturas cāteris fructibus: q̄ crudi edunt mi-  
nus insalubres esse: & sumpta prima mensa fere nō noce-  
re: Vua siquidē mātura: & quæ decepta diu: aut saltē dies  
quattuor pepēderit: & suauius & dulcius edit: obessa. n. re/  
frigerat: neq; fastidiū mouet. Recēs autē deuorata: stoma-  
machum: spiritū: aluū infestatione pturbat. capiti nocet: le/  
thargū facit. Nō sunt uinacea dū comedit: dentibus cōte/  
renda. q̄a & difficilius coquūtur. & deterius nutriūt. In ui/  
no dulci: ut fieri solet cōditæ uuæ caput tentat. Pensilibus  
pxime habent: quæ in palea seruant: Sūt qui eas in acer/  
uo uinaceorū cōseruēt. uerū comesse caput & stomachum  
infestat. Sistūt tamē aluū ac sanguinē ex creatib⁹ utilissi/  
me sunt. Virides itē hoc modo seruabis. uuas de uite ille/  
sas accipies: & aquā fluualē ad tertias decoquēs: quam &  
uttiā cū uuā in uasculū mittes bene gypsatū ne exalet. In lo-  
cum frigidū: ubi sol accessum habere nō possit uuas repo/  
nes: & quādo uolueris virides inuenies. p̄tam uero aquā si  
uoles p̄ hydromelle egroto dabis. In ollis seruate: ac esui  
sumpte: stomacho auiditatē excitat. Extat & läbrusca: quā  
græci āpelosagriā uocat. cuius acina desiccata ad medelā  
seruant. Passum optimū sic fieri Columella p̄cepit. Vuā p̄  
coquē bene mātūrā legere: acina acida haud uiciosa reiice-*

*Lambrisca.*

re quæ bona sunt in tabulatū quoddā extēdere: uinoq; in  
spargere: seruata usui multis in rebus esse cōsueuit. Passule  
uino lote: & p̄cipue quæ sine uinaceis sunt: ut corinthie &  
narnienses ante & post cibū sumpte: stomacho atq; epati  
opitulātur. Ex utta cōcocta in aheno sapa fit: ex puro & ex *Sapa*  
presso musto in de frutariis uasis defrutū. Mustū. n. deco/  
ctum defrutū uocaf: unde & defrutare mustū coquere dici *Defrufum*.  
mus. Sapa tamē defruti uice nōnunq; utimur in comedē/  
dis pomis ac piris.

De malis punicis. cap. iiiii.

Vnt & mala qdā: qbus & āte cibū & i cibo maxie  
f uero cū assis & frictis carnibus utimur. Ex his est  
malogranatū: qd& & punicū uocaf: cuius m̄la sūt  
genera quæ enumerare supuacaneū nūc esset. Sufficiat tā/  
tū de eoꝝ q̄litatibus dicere. malo punico uī stipticā inesse  
oēs fere medici una opinione cōsentīt. *Quadrifaria* ta/  
mē diuidi posse uidēt. dulcia. n. cōtinere aliqd caloris na/  
tura īpā arguit: & ante cibū comedēda sūt: q̄q̄ īde inflāma/  
tio qdā orit: quā græci φλεσμορεp appellāt. Acida stoma/  
cho accōmodata sūt: & urinā mouēt: pulmonē refrigerāt.  
īecori blādif. Si mala īpā nimiū acida uidebunt emēdari  
hac rōe poterūt. stercore suillo & hūano urinaq; ueterē ra/  
dices arboris irrigabis: dulciorē fructū inde postea sumes:  
Vinolētā mediā qdā uī iter illa supiora sibi uēdicāt. Acer/  
ba pigmēto qd̄ stomachū uocaf magis apta q̄ esui sunt: tūc  
oris uicia nariū: auriū: oculorūq; sanat. Recte igit̄ radide/  
re: q̄ negaret pūico malo corpora nostra nutriti: cū eoꝝ usus  
mediciæ magis q̄ cibo cōueniat. Qui ualidi stomachi sūt  
ea tutius ante cibū sumēt: q̄ qui ibecillis post cibū uapores  
ad caput ascendētes reprimūt. & fere uim coctione habēt.

aut plouinū quo in multis eduliis utimur reddūt. Postremo uero testa eiusdē mali sicca & in puluerē redacta multis incommodeſ medef: utpote alio ſolutis ſi trita ex mero re potui def. Sanat & uulnera genitalibus ob calorē nata mala punica diu feruentē merge:& statim leua ac ſuſpende. De coſtoneis. cap.v.

Oſtionea dici cū de malis loqmur:& nō coſtona  
c Varronis ac Pli. auctoritate manifestū ē: qui coſto  
na iter ficus cōmemorāt. Omitto eoz opinionē:  
qui ea cydōia a cydone ciuitate crete appellauere: unde  
& cydōia ſpicula ſunt dicta. Coſtana ergo ſiue cydonia  
uel citonia ſunt uocāda: cruda & matura dysetericis & co  
lericis ac ſanguinē ex créatibus optie danſ. alio ſolutis ue  
ro itē p̄fuit decocta: q̄ amittat cōstringēt illā uim ſucci.  
Inuifa p̄terea ex nimio uel aceto ſtomachi dolore:& iteſti  
noz fluore uexatis oportunissime cōferūt: fallūtq̄ láguē  
tium desideria: q̄ & ſpecie & g�� & odore cuiuſlibet ui  
ni ueteris ſimilitudinē rep̄ſentāt. Seruati diu mala coſto  
nea recētia hoc mō poſſunt. Eligāt ſine uicio cū ramulis  
& foliis cōdita i uas: ac melle & defruto ſuffuſa diutius ui  
ridā durabunt. Cōdri etiā matura hoc mō poſſunt. De pi  
lata ac i fructa cocifa: nudeisq̄ ē medio ſublatis i quā cæ  
leſtē ponunſ. ubi tādiu mutata tamen aqua reliqui debēt  
donec ſtycitatem illā amiferint. eluceantq̄ tanq̄ cornea  
Elixent deinde & ſemicocta ex aheno ablata in lintheum  
albū & mundū ſup tabulā extēdanſ. donec aqua exſicceſ  
In cacabū deide cū melle poſita tādiu ebuliāt quoſq; oīo  
coquentur. Cocta rurſum lintheo extēdes. & fere ſicca ad  
umbrā nō in ſole. in ollā repones. ſupinfundeq̄ mel be

Cydonia.

ne defecatū & tepidū. Hoc mō fere cōdiunt̄ cucurbitē: ci  
tra: mala medica: quæ uulgo narantia uocamus: pira po/  
ma: qbus nōnulli aromata inspergi uoluerunt: ut chario/  
philū: cinamū: gingiber trita: & cibrata Malopeponū co/  
ste: unde cōditura fieri solet: i aceto macerant̄ dies quat/  
tuor: postea uero q̄ in linteo aliquādiu resederint: mutato  
aceto iterū cocte: ac rursum in linteū extēse: donec reflixe  
rint in ollā reponant̄. sup fusōq̄ melle optime seruantur.  
Hæc in priā mēsa uariis tēporibus comedī solēt. Hyeme  
citrū & naraciū. Estate cucurbita. pepones coctonea. Sed  
coctoneoq̄ hæc uis est. ut ante cibū sumpta aluum astrin/  
gunt. & cōcoctionē ac lubricitatē uētris tollāt. nisi bifariā  
diuisa nucleisq; exhaustis superinfuso saccharo coquant̄.  
Tūc. n. desideriū edēdi inducunt. & sumpta caput ebrieta  
te defendūt. Post cibū uero stomachū sigillāt. cōcoctionē  
adiuuāt & aluum mouent: si audius desumpta fuerint.

De citro.

cap. vi.

c Itū uel citreū Cloātius & malū pſicum a puin/  
cia uocauit: At Virgilius Homerū imitatus lō/  
ga piphrasi citrū circūscripsit. Fœlicis mali quo nō pſtan/  
tius ullū pocula si quādo seue infecere nouerce. Miscue/  
runtq; herbas: & nō inoxia uerba. Nemo enī dubitat hoc  
de citro dictum. cuius uaria genera. Alia enī sunt quæ syl/  
ua cōfinis mauritaniae producit. Alia quæ in Italia & me/  
dia nascunt̄. Omnia tamē magnitudine potiusq; gene/  
re differentium eadē fere uis est. Odoratissima enim sunt  
et uestibus interiectas tineas necant. Vnde et odorata ue/  
stis citrosa a Neuio uocat̄. Generant̄ autē in pſide omni/  
tpe alia enī pcarpunt̄. alia interim maturescunt. Putatur

Citronoꝝ vii.

Geor. 2.

Citri uaria ge-

etiam i uenenis cōtraria q̄ trita cū uino purgatiōe uītiū sua/  
rū bibētes seruāt. Nō tū una eadēq; uirtus in oībus citri ptī  
bus ē. Putamina. n. calida sūt: qd̄ intus ē semī acidū: ac p  
hoc stipticā uini hēre manifestū ē. Assis & calidis obsoniis  
adhibēt oī tpe. estate tamē p̄cipue: q̄ bilē reprimūt: sitim  
extiguūt: et desideriū edēdi inducūt. Multis egritudinibus  
citrea uis medef̄ nā & pgnātes mulieres a nausea uēdicāt.  
& tritū in potiōe uini datū: lieni ac q̄relis corporis medetur.  
Sūt q̄ citrū tessalatī cōcīsum ex sale oleo & aceto comedāt  
De malis citreis uel medicis: q̄ uulgo narrācia uocamus:  
eadē fere dici possuut. Verū qa qdā dulcia: qdā acida sunt  
uescēdi rō ex supioribus p̄ceptis repeatāt. Dulcia ante cibū  
quo uis tpe sumpta stomacho cōueniūt. Nec non acida si  
sacharo fuerint remolita: qd̄ sublato corio: detractisq; mē  
branulis. De Palmis. cap. vii.

Alma multis in locis nascit̄: ut hodie in Italia i  
p maritimis hispaniæ locis: in affrica licet cernere  
Sabulosa ac nitrosa terra gaudet: &nde iudea p  
cōmode nascit̄. fructūq; uberiorē et suauiorē reddit. cui a  
forma oblōga: & in medio dorsi quēdā q̄si nodū assume/  
re dactili nomē ipositiū arbitror: q̄ dīgito sit persimilis. In  
aluo media fissura ē: quā nōnulli umbellicū appellāt. In/  
de spargi radicē cū plantant̄: asserūt. Sine mare qui haud  
longe plantari debet infecunda habet̄. Vnde exciso mare  
statim sterilesunt. Nascunt̄ autē palmarū fructus nō in/  
ter frondes sed inter surgētes ramos. Palmæ uis calida est  
& humida: melior alba: q̄ aut nigra aut rubens: depilāde  
mēbranule sunt: quæ carnem ob osse diuidunt. deuorate  
enī grauiorem concoctionē faciunt. Ossa item auferenda

palma vis.

ne Alexātri milites: q̄ audīus uirides palmas cōmedētes  
strāgulati sunt: imitent̄. Dulciores. n. ante cibū sumpti: &  
si facilius cōcoquunt̄ & aluū mouēt: spleni tamē dentibus  
atq; epati aduersant̄: Palma(ut ait Gellius)tāte generosita  
tis est ut pōderi nō cedat sed sursum uorsum nitit̄. & ob eā  
rē uictorie signū habēt: quoniā huiuscē naturā est: ut urgē/  
tibus opprimētibusue nō cedat. De mespilo. cap.viii.

n On fuit mespilus in Italia Catonis euo. Radices  
hæc arbor pfunde & late agere dicit̄. Hāc ob rē  
fere inextirpabilis habet̄. Gallica mespila cæteris  
p̄stantiora sunt: quoq; semē austērū qdē ac folia pprietate  
nō carēt. Ante cibū sumpta mespila uehementer dissolutū  
stomachū astringunt̄ fluxus alui in modicos fortissimē re/  
primūt: ob frigiditatē efficitatē. dentiū doloribus medē/  
tur. folia quoq; eius & cortex: itēq; radices tunse & imposi/  
te feruori ac tumorī subuetūt̄: sicca & trita cū melle ad ci/  
catricē uulnus adducūt. Eoq; succus cū uino haustus: uene  
ficiis potionibus repugnat. De sorbis. cap.ix.

i Orbis triplex differētia inest. Alia. n. ut mala ro/  
tunda sunt. Alia turbinatoria: ut pira. Alia ouorū  
figurā obtinēt. Laudant̄ a medicis sorba medica  
mentor̄ potius q̄ibi gratia. Et ut alba adhuc & semicruda  
stomachū p̄grauāt: ita matura fastidiū pellūt: uulnera in  
traneis inata deliniūt. Aqua uero i aqua decocta sunt sor/  
ba potui data: cū uini austri fere cū sapore naturā imiteſ:  
elysenterijs medet̄ Sorba sole macerata ac in sapa cōdita  
ut coctanea & pira secundū Catonem diu durant.

c De cornis cap.x.

Orna quæ Vir. lapidosa uocat: q̄ foris parū car/  
vir. li. 2. geor.

pondeti palma  
cedi,

Mespilus frē  
euelli potest.

Mespila in cib  
sumpta quid eff

nis: & intus plurimum ossis habeat: inter acina numerata sumpta in cibum parum alunt: tarde cōcoquuntur: & aluum astringunt.

De persico. cap. xi.

• Persica tota asia nascuntur: maxime uero in p̄sida: unde ad nos trāslata nomē hēnt: sero id quidē factū est & cū difficultate. Verū postea ubiq̄ ferè spōte proueniūt: Fabulas mihi narrare uidentur: qui scribūt uene nata cū cruciatu apud p̄fas gigni & ob eā rē a Cyro inde ad Egyptios trāslata: ut quos armis uincere poterat: uene no saltem necaret. Cōsingūt itē quo res uerisimilior uide atur egyptio sole & cælo mitigata fuisse: Hāc autē opinio/ nē inuit Columella his carminibus. Et pomis q̄ barbara p̄sis Miserat(ut fama est) patriis armata uenenis. At nunc expositi paruo discrimine lāti Ambrosios p̄bēt succos ob lita nocēdi. Addidit tamē ut pharma ē: ne oīno rē fabulosā pro historia credidisse uideref. Gallica & asiatica p̄sica. q̄ nationū cognōia habēt autūno maturescūt: estate p̄copia habentur. Dyrachina ī p̄cio ante alia sunt: Recētia seruari hac rōe poterūt. Optima eligito & mitte ī muriā: postera die exime & purgabis diligēter: ac collocabis in uas fundēs salē acetū saturegiā. Persicoꝝ cibus pp humiditatē & frigiditatē stomacho iutilis habentur. cito. n. inacescit: atq̄ in phleumaticos uertit humores. Eorū usus quo negat medi ci mēbra nntriri ad ephimeras iter facit. Matura tamē āte cibū sumpta appetētiā inducūt: urinā mouēt: aluum lubricant: fetorem oris medentur. Sicca post cibum manducata: & si nihil nutriunt stomachi tamē sigilla habentur: qd̄ astringunt. Sunt qui dicāt statim post persica ante cibum sumpta: uinum optimū bibendum esse: ne continuo putrefiat

Columella.

Humida et  
frigida sunt  
persica.

Non improbatur et eorum opinio qui asserunt post cibum comedenda p̄fica tessalatim concisa: & in optimo mero remolita: quod os stomachi & superiora orificia refrigerant.  
Hoc autem fieri debet ubi ex' assis cena præcessit. Folia per fici trita & imposita uentri lumbricos aut expellunt aut permittunt. Eadem sicca & in puluerē tunsa recentes plagas cruentorum uulnerum claudunt. Nucleus perisicorum cum oleo tritus capit̄is dolori medetur.

De oleo

Cap. xii.

Xigeret nūc mensarum ordo: ut de cōficiēdis ac coquendis pulmentis ratio p̄beret. Verūm cūm omnia fere obsonia mixta sint de quibusdā simplicibus ad hanc rem ptinētibus prius dicendū est: ad primū de oleo atq; oleo: Olearum genera sunt plura. Cōditua: pausea: radius: horchites: quæ de oliuitate optie cōdif (ut ait Varro) falentina: termucina: conditua grandior ē & esui optima ut nūc Bononiēsis: & picētina: acerba scindit̄ utrīq; gladiol. o: & in frigida aqua tādiu maceratur: donec amaritudo cum pinguedine euanuerit. In seriā deinde aut in lignū uas reposita superfusa aqua cum sale & feniculis decocta ad tempus seruatur. Comedit̄ cum piscibus & carnibus assis: ut uel fastidium leuet: uel desiderium inducat. Difficilis concoctionis est: ac parui alimenti: humores generat crassos & glutinosos. Sumpta ext̄na mensa exalatiōes ad caput reprimit. De reliquis commodius fiet oleum: trampeto ut a quibusdam solet uel mola: quod utilius est: uel solea quod difficilius. In ficsis reponit̄ oliua. plerisque subiicitur exprimiturque tandiu: donee samps̄ aride nil aliis præstant. Id olei: quod primum

persici folia.

Nucleus persi

*Optimum oliuum.*

exit: si nō ex fracefcētibus oleis & nimiū maturis ac cōcale factis fuerit: suauius esui est. Hoc Pli. omphacinum uocat ομφαξ. n. uuam īmaturā græci appellāt: qd' genus olei ad frigiditatē & siccitatē tēdit. Seruare oliuas uirides: ut quo uis tpe oleū facias hoc nō poteris. Oliuas de arbore sublatas: in mel demerges: auferesq; tales: quo uis tpe quasi mox de arbore redēptas: de qbus si uoles oleū uiride facies: At quod ex maturis exprimit: & si pinguis & grauioris odoris est: tñ utilius omphacino pp tépatas qlitates habetur. Ad caliditatē. n. et humiditatē tēdit. Vēdicari tamē a nimia pīguedie oleū sale illitū pōt: gratiusq; fiet subtracta e fundo dolii amurca. Oēs. n. feces olei ac uini ad fundū tendūt: ut mellis ad summū: unde et oleū melius in sūmo qā exalatiōes amat. uinū in medio: mel in fūdo ē pcul oī fece. Olei uis est corpus tepefacere: q re cognita: Hānibal in romāos ducturus acies: ad trebiā frigida hyeme corpora militū ad lenitatē et robur inunxit et uicit. Cōtra algores oleū mirifice iuuat. Potū ieun. o stomacho: aut lūbricos ī terficit: aut e uētre pellit. Preterea uero cōtra uenenū p áti doto habet: Ex aqua. n. calida potū uomitu uenenā fugat Sūt et alia plura genera ficticii olei: q cōsulto ptermittunt qā nihil ad rē nostrā faciūt. De melle. cap. xiii.

Agna apibus cura et sollicitudo cōficiēdi mellis et cere īest maior conseruādi. Vnde Maro recte eas parcas appellat. Nō. n. liguriūt ut musce. Ca stissime pterea habent. Inqnatis. n. locis: aut q male oleant nulla apū assidet. Tam q olet unguēta qui uiolētia & recenti cōcubitu fetet. q qui alleū: redolētia sapit pungitur & ab aluearibus quæ ab aluo secundum Varronē sunt di

*olei vis.*

cta:facto agmine fugatur. Legē habent ad similitudinem  
optimi p̄cipis.ad quē oīa deferunt. Hoc p̄cedēte aut de  
lato se nequit uolare.de loco ad locū pficiscunt. Castra  
hoc ē aluearia ponūt. Apibus naturale pabulū ē rosa.ser  
pillū:apiastrū:papauer.faba:lēs:pisū:ocimū:cytisus. Ex  
his.n:rōrē matutinū:unde mel,& florē:unde cera cōficiē,  
colligūt.Optimū tamē mellificiū est,qd' ex thymo fit:&  
ob hāc,rē sicutū mel & atticū palmā fert:pp thymi abūdā  
tiā & suauitatē.De melle pōtico & hispano.ī quo ueneni  
uim inesse qdā auctores scribunt.nō attinet dicere. Id.n.  
querimus.qd' ad uoluptatē facit.Mel solū ē.qd' i summo  
fecē expuit.hoc quo grauius eo melius ē.Mel contra uinū  
laudat hoc qd' uetus & humectū.illud qd' recēs & calidū  
i p̄cio ē.Decoctū crudo melius habet.neqz.n.adeo inflat  
aut p̄cordio& dolores ac bilē auget.Estuū autūnali meli  
us ē.Corporibus frigidis & humidis cōuenit.mutis egri/  
tu dinibꝫ medef.Corpora putrescere nō sinit.In cōditura  
malor̄ cucurbitar̄.citro&.nucū optimum habet.Oris  
desideriis & in multis obsoniis facit satis.Ex hoc oxymel  
& hydrōel.ꝝ eadē uel aquā mulſā licet appellare cōficiē  
que tussiētibꝫ p̄cōmode daf'. Mulſū ego fieri ēt ex uino &  
melle teste Plinio crediderim. De saccharo.cap.xiiii.

Accha& fert nō arabia solū & india.sed creta &  
f sicilia.qd' Pli.mel ex harūdinibꝫ collectū uocat.

Fragile id qdē dū terif aut subiicit dētibꝫ hoc cer  
te ꝑto cādidius.tāto meli. qd' pfecto ex lōga deputatiōe  
fieri cōsueuit.unde pbabilius ter aut eo āplius īcoctū.di/  
cimus.Calida ē eius uis & humida.hoc fit ut bene nutri/  
at stomacho p̄sit.eius exaspationes(si qua insunt)leuiat,

Apum pabulum

Saccari vis

Hoc ut arbitror ueteres ad medicinæ usum tātūmō utebā tur. Et ob hāc rē nulla in obsoniis eoꝝ de saccharo fit mētio. Caruere illi qdē magna uoluptate cū nihil ex his quæ esui dant tā iſipidū sit qd' sacchaꝝ nō cōdiat. Hic natū est illud crebra usurpatiōe puerbiū. Nullū géus edulii addi/ to saccharo insipidius reddi. Liqfacto hoc amigdalas re/ molitas a qua mūdas nucleos pineos auellanas coriādrū anesū cīnama atq; alia plura i bellaria redigimus. Trāsit tū sacchaꝝ fere i eoꝝ qualitates: qbꝝ i cōfectiōe adheserit.

De lacte.

cap. xv.

1      Ac ego αποτου γαλακτος deriuatū puto: p̄mū qd'  
ex fetis aialibꝫ mulgef colustrū appellat̄. id āt iō  
abiicit qa lactētibus nocet. Sunt q uim lactis tēpatā putēt  
q ad frigiditatē & humiditatē parūper declinet. Et ob hāc  
*lactis efficiens* rē lac bene nutrīre multum sāguinis generare: cum sāguis  
sit ex uberibus & māmis exp̄ssus: cerebrum fouere: stoma/cho & pulmoni pdesse. geniturā aut̄ gere iter oēs medicos  
cōstat. Nō idē tamē ex oībus aialibus mulgef lac. Omitto  
muliebre: quo i medicina tātū utimur. Talē ppe uim lac  
hēt: qlē aial: unde mulgef. Optimū caprinū habef: q sto  
machū adiuuet: epatis opilatiōes tollat: aluū lubricet. In  
secūdo loco erit ouillū. In tertio bubulū. Melius uere quā  
estate: rursū estate q autūno: aut hyeme. Stomacho iejuno  
ut exit ab ubere uel tepidū bibēdum ē & tādiū a reliquo ci  
bo abstinentē donec in stomacho resederit. Coagulatū ac  
prīa mēsa haustū uere & estate minus nocet. Nā post cibū  
sumptū(ut ferē solemus) aut statī putrescit: aut secū alterū  
cibum incoctū ad ima trahit. Quiescēdum ē itē postq; de  
sumptum ē: ne in stomacho qd exagitatiōe fit coacescat

Imbibitū aut cū saccharo aut melle:a putrescentia phibet  
reputato & ieuno stomacho bibēdū dixi: qā in eos humo  
res quos p̄cipes in cibi receptaculo dephendēt: facile cō  
uerti solet. A nimio lactis usu cauēdū tñ est. nā & aciē oeu. *A nimio lactis usu abstinendum.*  
lo& hebetiorē reddit:& calculos in renibus & uesica ge/  
nerat. Sero caprino qđ ex lacte sublato caseo fit: p̄ medici  
na utimur: q̄ epar & sanguinē refrigerat: q̄ pharmatis uiā  
ad purgādum corpus faciat. De caseo: cap.xvi.

T si caseo in tertia mēsa uescimur:tamē hoc loco  
e eius uis explicāda fuit: cū ex lacte de quo dictū ē  
fiat. In mltis etiā eduliis cōficiēdis hoc crebro co  
qui utanf. Coagulatū lac nō multo coagulo:ne caseus(ut  
fere sp̄ cōtingit) acorē cōcipiat māu factoris. & qdē nō ma  
cileta & calida: sed sub pingui & tēperata ī pilā redactū ex  
aheno in formas uel calathos uel fiscellos reponat: expri  
matq̄ tādiu: donec serū pēitus exierit. Salitus caseus in lo  
cū sumo aliqtulū obnoxiū reponat. ubi salē cōcepit & eta  
tis aliqd adēptus erit: esui nō icōgrue dabit. Caseo digni/  
tas a locis & pecoribus accessit: ut de lacte dc̄m ē. Duo sūt  
hodie casei genera in Italia:quæ de p̄cipatu cōtēdunt: ut  
marceolinus: ita. n. hetrusci uocāt: q̄ mēse martii factus sit  
in hetruria. & pmēsis ī cisalpinis quē eundē maialē a mē/  
se maio licet appellare. Q ualitas casei ex etate dephēdi  
tur. Recēs algidus ē & humectus: salitus & durus calidus  
& siccus. Recēs caseus bene ac multū nutrit: calorē stoma  
chi reprimit: sanguinē excreātes adiuuat. phleumaticis'oi/  
no nocet. Vetus difficile cōcoquitur: parum nutrit: stoma  
cho ac uentri aduersatur: bilem facit: podagrā: dolorem  
laterum: harenulas & calculos generat. sumptū post cibū

*Duo casei gene*

*Casei qualitas*

*Casei tu recentis  
veteris vis.*

quātū uis parū:cū os stomachi sigillet:& fastidiū pinguiū  
eduliorū tollere:& coctioni ac capiti prodesse aiunt.

De re cocta.

cap.xvii.

**f** Vblato ex aheno caseo: serū tādiu lēto igne cōca  
lefacius donec ad summū id pīguedinis nataue/  
rit.qd̄ reliquū casei fuit.recoctā id rustici uocāt q̄ ex lacte  
secūdo cōcalefacto colligat Cādida est:nec gustui īsuauis  
In salubrior recēti ac medie etatis caseo hēt .melior tñ ha/  
bef uetere & nimiū salito.coctā siue eādē recoctā libet ap/  
pellare:mīltis pulmētariis herbaceis p̄cipue coq admiscēt

De butyro.

cap.xviii.

**b** Vtyrū ex lacte hoc mō fit.Emulctū lac ex multra  
libus ī uas eneū,qd̄ ab īmo coartatū sursū uorsū ī  
latitudinē cāpanæ surgit diligēter pcolat̄.Ex gete & hū/  
ditate nocturna ī supficie pinguitudo lactis natat. hāc ru/  
stici pannū uocāt:q̄ leniter cocleare satis magno ī uas ob/  
lōgū īnergūt:rutabuloq; tādiu miscēt donec ī massā rede/  
gerit.q̄ ablata & seriis reposita ad tps adipis aut olei uice  
ī qbusdā obsoniis utunt̄ fere oēs q̄ septētrionalē & occidē  
talē plagā ī colūt q̄ eo idigeāt. quo calide & tépate regio/  
nes abūdare cōsueuerūt Butyrū calidū ē hūidū. corpora ad  
modū nutrit & obesat.Eius tñ frequēti usu & stōachus le/  
dif.& somēta phlematice egritudini p̄parat̄. Datū in cibū  
cū mūdis amigdalīs & saccharo. pituitā digerit. & tuſſim  
frigidā ac ſiccā tollit. Illitū uulnerib; ex uenēofis aialibus  
potūq; ātidoti & tyriace uices p̄stat.

De ouo.cap.xix.

**o** Vum qd̄ wov græci dicūt mītiplex est.& ex uolati  
libus fere oibus nascit̄. q̄ oua pariāt esui accomo  
data.sūt anſeres anates pauōes struchi & galliæ

Butyri qualitas.

cf vii.

sed gallinarū meliora ac salubriora sunt: maxime si ex gallo cōceperint: quero aut ex uēto zephyro: ut qdā uolunt: aut ex p̄pria libidine cōcepta. ea minus sapiunt: ac fature oīo inutilia sūt. Quorū uis tēperata est: & ob hāc rē bene ac multū nutritre medici asserūt. Ouum bifariā diuidit: in alborē & uitellū. albor ad frigiditatē uitellū ad caliditatē tendit. alborē in purgādis uulneribus: in cōstringendis: q̄ lassa sūt: ut in cōdituris quorūdā edulioꝝ ac bellarioꝝ utimur. At uitella maxie uero recētiora: & q̄ ex gallina, pdice phasiano sumunt: nō nimiū ioccta (Sorbilia. n. debēt esse oua) cor fouēt: ac mébra nutriūt. In sanguinē. n. purū: & q̄ coardeat: cōuertunt: q̄ re q̄ inanitate laborat: hoc cibo re/ purgato prius stomacho: qd' facillime ī alios humores cōuertit: crebro in prima mēsa utanf. Medetur & huic cibus tussi: ex aspatis arteriis uocis raucedini: & sanguinē excreātibus. Oua ex aceto decocta cū magis tēperata sint: stipti/ caq̄ fiāt: uētrē cōstringūt. ardores urinæ. renū uicia: ac ueſicæ mirifice tollūt. Atq̄ multo magis si nup nata ac cruda excusso albamēto deglutieris. Sapidiora eo magis sūt oua quo ex gallinis pinguinibus nō macilētis. ex de pastis triti cū. hordeū: miliū: pānicū: q̄ herbas sunt nata. hyeme pa/ leis. estate furfuribus p̄cōmode seruantur. Quæ in aceto macerata sūt: ut ait Plinius facile illesa p̄ anulos trāsmittunt. Dura Celsus affirmat ualētissimæ materiæ eē. & ob hāc rem tarde cōcoqui. Quibus in eduliis coq̄ ouis utan/ tur: suo loco postea dicetur. De succidia. cap. xx.

f ulla caro adeo humida ē: ut seruari nō nisi mltō sale possit. ad hoc edacissimū ē & ob hāc rē sāguine mltū ac calore abūdat. Vlginosa loca: ubi uo

*Varro.*

*Nefandas.*

*Caro suilla et  
recens et salsa  
preciosa est.*

Iutē: libēter incolit ad reprimēdū calorē: quo maxie lu/  
poz dentis exagitant: dū siullā carnē semiuiuā lacerant  
ad flumia igif tale aial deferūt: quo feruor ille extinguat  
a nullo brutoz pinguedie supaf. Affirmat Varro se in ar/  
chadia uidisse suē: q p pinguedine nō mō surgere nō pos/  
set: sed ne amouere qdē foricē: q exesa eius carnē nidū fe/  
cisset: ac mures pepissetsus ubi ānicula ē: qttuor mēsibus  
uētrē fert. binis nutricat porcelli adhuc lactētis nefrēdes  
dicunt ab eo q nōdū fabā frēdere possunt. i. frangere ad  
annū ubi uenerit: porcus salituræ nō icōgruit. pridie q oc/  
cidif: potiōe phibere oportet: quo sit eius caro siccior. de/  
ide diligēter salire: ne fracescat: & uitiū sapiat: ne ue tinea  
et uermibus ledaf. Dū salfurā facis: in fūdo dolii aut serie  
salē sternito: frust: a deide ponito: cufis deorsū spectet. tā  
diu in dolii remaneat. quoad salē cōcepit. i carnario de/  
inde quo sumus penetret suspēdat. hic sumes laridū p tē/  
pore. hinc pnā. hinc pitafonē. hic sumen. hinc glādiū. qre  
nō īmerito rustici salfaturā succidā uocitarit. qd' inde suc/  
cidi ad esum multa possunt ut ex horeo fit quō eundē se/  
cūdā succidi diē rustici appellauere. Colligunt itē multa  
ad pulmētaria ex porco nup cāso. ut adeps. Caro siullatā  
recēs q salita. & si gustū titillat. pniciosa tñ oio est. ac mali  
succī. ut ait Celsus. De liquamine. cap. xxi.

Iquamē ex adipē porci. atq; anserū hoc modo fit  
1 cōcisū minutū ad carbōes ignitos ī cacabo pones  
ne si ad flāmā suspēderis. sumū concipiat tantūq;  
salis indes. qttū satis esse putabis. liquefactū anteq; refrixit  
in ollā ripositoriā colabis. reponesq; ad usū: ut ubi uoles  
eo uti liceat. Fit itē liqmē ex anserina & gallinacīa adipē.

De omento.

cap. xxii.

**o** Mētū adipē illum esse ānuit Celsus q̄ intestinīs adheret. Testiculi īqt simile qddā medullis habēt carēt sanguine & oī sensu. Tūnīce eoꝝ p̄fēcerunt. Eo deuoluunt̄ plerūq; aut omentū. aut intestinū. hoc genus morbi epipocelē grāci uocāt apd' nos indecoꝝ: sed cōmu ne his herniæ nomē est affert dolorē & scroto & inguini bus & abdomini. Fuere itē q̄ diceret omentū esse pingue/ dinē Macrobius uero omentū carthilagini p̄simile esse di cit: qd' qdem impositū ossi cruciatū: dū sectionē importat sentit. Qd' cerebrū īqt tactu suo hoīem torquet: uel fre quēter iterūmit nō suo sensu: sed uestitus sui. i. omēti hunc portat dolorē. Ex hoc fit genus pulmēti: qd' omētum uocatur.

De abdōmine.

cap. xxiii.

**a** Bdomē: qd' grāci περιοραὶ op̄ uocāt: uentris pars illa est: quā umbilico ad inguina inter carthilaginem & pellem ducitur: pingue id quidē est Saty ro teste. Mōtani quoq; uenter adē abdomine tardus. Cel si uerba hēc sunt. Interdum uel iectu aliquo: uel retēto diutius spiritu: uel sub graui fasce interior abdominis mēbra na superiore cute integra perrūpitur. Erit igitur abdomen ex quo sumē fit: quod idē uulua appellatur nec obstat id etiam turgētibus porce capillis fieri: cum circa abdomen māmæ sunt. De lucanicis: & reliquis pulpamētis: quā ex suilla carne fiunt suo loco dicetur.

De aceto.

cap. xxiiii.

**a** Cetum ex uino fit: si uas fuerit uacuū & nō clau sum. Aer enim ex uacuo elicit potentia eius. nam cum uīnum semina caloris in se habeat: ac uapidum fiat:

*Aceti vis.*

*Aceti effus.*

transit in uitiū: qd' acetū dicit̄ adeo frigidū: ut ante oēs hu  
mores flāmā extīguat. Et qd' mirū uideri pōt: saxa: q̄ ignis  
nō coxit in fū statī rūpit: Qd' Hanibal ad taurinos sal/  
tus in diffīcili alpiū trāsitu fecisse legiſ. Variæ sunt auctōrē  
de aceti qualitate. Ex calidis. n. & acutis ptibus quidā ace  
tū cōstare dicunt: q̄ ex ~~intensā~~ ipsius succitate dephendit.  
Quidā uero plus frigiditatis in se: q̄ caloris hēre hac rōe  
confirmāt q̄ bilē q̄ sanguinē reprimit q̄q̄ etiā pituitā ue/  
hemēti acore incidit. Aceti uariā uim ex hoc deprendimus  
q̄ rebus frigidis mediocriter aditū frigidiores eas reddit si  
calidis calidiores penetrādo. n. qd' eius maxie propriū est  
qualitates in rebus: ut dixi auget. Acetū & si melancholi/  
cis lippiētibus: ac dolore articuloꝝ laboratibus paraliti/  
cis: spasmaticis ppter uiā: quā malis hūoribus ad neruos  
& iuncturas facit: obest plurimū. moderate tamē sumptū  
stomachō pdest eius ardores cōpescendo: ac desideriū edē  
di instaurādo. hinc fit: ut in cibis primæ mēsæ eo plurimū  
utant̄. potū ac super infusum morsui uenenaꝝ aīalium  
mirifice adiuuat. Pestilēti āno hoc uti in obsoniis ac odo/  
ratoꝝ uice id pulsibus ac naribus admouere, domicilia q̄  
humectare iubemur. Tollit̄ aceti frigiditas & uis nimia: si  
cū passulis decoctū fuerit. Liberatū acerimo podagrā do  
lore. M. Agrippā supmis suis ānis ferunt demersis in ace  
tū calidum pedibus. Ex aceto & melle oximel fit: ut alia  
multa

De acore.

cap. xxy.

Vod agristā uulgō dicunt & omphaciū Plinii: &  
q̄ acorē Macrobii auctoritate dixerī. Omphax. n. ut  
dixi uiā adhuc acerbam significat. Quare igitur  
magis appellē oleū ex bacca īmatura omphaciū q̄ agrestā

3

quæ ab omphace fit: nō satis uideo. Acorē uero ita macrobius exprimit. Acetū acerbius acore est: cuius uim acresta uehementiorē esse constat: quæ tēperatius stomachi cōpe scat ardores: nec ita corpus emaciāt & dissolnat: ut acetū solet. Acor residenti stomacho & estuāti ac sitibundo epatī mire prodest. Hoc & cōtra uenena: & in cōdiendis obsoniis cōmode & salubriter utimur.

### Liber tertius.

Vces eas eē: q̄ foris duro tegunt̄ cortice: itus hēt qd̄ esui est: satis cū de pomis loq̄remur diximus. De generibus tantū nūc dicēdū uide tur: ac primū de iuglāde: q̄ uel a iuuando & glāde dicta est: uel qd̄ sit iouis glans: eandē græci basilicā uocāt. Habet. n. hoc genus arboris nuces: q̄ sunt suauioris saporis: q̄ glās est. Vnde p exochen nuces tātū epitheto adiecto pnūciamus. Affirmat Plinius græcos nuces iuglādes a' grauedine capitīs uocitasse. Ait. n. arborē ipsarū foliorūq; virus in cerebrū penetrare: sed ad cibū nuclei faciūt. Sunt āt recētes tussientibus inimice. Edē psumpte cū ruta & sale: cōtra uenena & pestilētē aerē Mythridatis auctoritate mirifice iuuāt. Valent itē nuclei a iejuno psumpti cōtra rabiosi canis morsū. Putamē nucis cōbustū tritūq; ac ex oleo aut uino capiti infātis illitū: alopetiā tollit & capillū nutrit. Muscæ (ut ait Columella) ab aurib; canū arcēnt: si aures amaris nucū corticibus illite fuerit. Ex nucleis multa edulia siūt: p̄cipue uero aliatū: quo una cū annosis ac pinguibus carnibus ad tollendū fastidium: ad

Juglādes.

excitādum desiderium uescimur. Ad hoc tundendū desu/  
dat. F. noster rusticellus: adeo est aleati cupidus.

De amigdalī

cap. i.

a Migdalū p fructu uariare genus repperi. nā & ge  
neris fœminini & neutri legif. Neutrū ego ana/  
logia motus pñūciauerim. Amigdalus q̄ græca nux & lō/  
ga nostris appellat̄ circa calēdas februarias seri debet: q̄a  
pria gēmascit. Eius fructus. qđ amigdalū uocat̄. q̄a prius  
est a uide nimiū a plerisq; cū folliculo deuorat̄. hīc crebri  
dolores capitis ac ēquedines oriunt̄. Sicca uero cōtra ebrie/  
tatē ualēt. si ante uinū quiq; sumātur. Ex his inflāmatiōes  
oriri illo argumēto dephēdit̄: qđ uulpes deuoratis amyg/  
dalī moriunt̄: nisi aquā in pxio habuerint. Oleū in quo  
decocta sunt infusum capiti: caducos & lethargicos exci/  
tat. Ulceribus i ueteratis ac caninīs morsibus trita cū mel  
le subueniūt. Renū dolores ex aq̄ pota extingūt admixto  
modico passo qđ solet potiōis amaritudinē lenire. Ama/  
ra. n. medicinæ magis q̄ esui sunt accōmodat̄. Dulciori/  
bus & cōfectis: & seorsum in scunda & tertia mensa uesci  
mūr.

De Auellana.

cap. ii.

n Vcē auellanā: seu pñesticā: quā græci ponticā uo  
cāt: ex corylo nasci manifestū est. Hēc i cibo sū/  
pta ob eius caliditatē cōmixtā liccāti capiti dolorē iniiciūt  
infāmatiōe stomachū exagitāt: corpus tñ maxie nutriunt  
Toste distillationibus mitigandis utilissime sunt. Trite ac  
ex aqua mulsa pote etiā uetustissime tussis molestiā sedant  
ex axungia uel adipe contrite: & alopeciis illite capilloge  
damna restituunt.

De nucibus. cap. iii.

e X nucibus pineis: quæ resinā habēt distractis pi/

3

nei nuclei eliciunt: qui in cibū sumptī humores optimos  
ignunt: sitim sedāt: stomachi dyscrasiā tollūt: urinā pur/  
gant. Nuclei cū uuis passis frequentius sumptī uenerē etiā  
iacentē excitare credunt: eandē uim habēt & cū saccharo  
cōditi. His crebro nobiliores: ac diuites tpe ieuni in pria  
& ultima mensa uescunt. Liquaf saccharū cui pinei inuo  
luti cū trulla in pastili formā redigunt. His addunt bra  
ctee auree ad magnificentiā credo & uoluptatē.

De castaneis. cap. iiiii.

c Astaneā: quæ herādeotica uocat' inter nuces Vir/  
gilius nūerat uno carmine. Castaneaq; nuces mea  
quas amarillis amabat. Generat & hæc ex oibus quæ esui  
danf' robur in mēbris & uim: sed difficillime coquūt. ma/  
xime uero a phlegmaticis: nisi cū saccharo: & melle fuerit  
in cibum sumpte. Elixe uero & adhuc calide mane ante ci  
bū cum melle date tussientibus psunt. Torenf' itē ad flam  
mam in patella perforata: nec eius suavitatis sunt: nec nu  
trimenti: cuius habentur sub carbonibus lento igne deco  
ete. Has suauius edemus cum caseo in tertia mensa. Inte  
rior castanee. membrana quæ corticē fructumq; distermi  
nant ad tertias in aqua decocta ac potui oblata: mire al/  
uum fluentem refrenant.

De siliquis. cap. v.

f Ilique quia durū habēt corticē: nō immērito nuci  
bus annumerātur. Hoc nomē eas adeptas puto:  
quia siliquis fabæ et lupini: & si maior sit persimilis appa  
ret: carobas uulgo appellamus. Quæ si recentes fuerint  
stomachum ledunt: aluum soluunt. Edē siccitate in con  
trarium agunt. Cibus earum urinam ciet: & ad stomachi

dolorē nō leue p̄sidiū ē. si terne in sextario aquæ ad dimidias coquāt: siq; succus p̄ dies qnq; cōtinuo hauriat. Galienus tamē de reli qs pessime lentit q; uix coquant: & uē trē stringat: & humores noxios augeat. Affirmat Valerius flaccus uiterbiensis medicus nostra etate egregius siliquas in tertia mensa sumptas uetare: q; minus uapores antecepiti cibi caput petant. De pistachiis. cap.vi.

Istacia auellanis similia sūt: his medici in pharmaciis utuntur. Eosdē fere usus habet: quos nuclei pieni: p̄terq; ad serpētum ictus. Austere. n. & stiptice uitutis sūt. Ideoq; ēt stomacho acōmodata credunt: maxime tamē cōstat ea & thoracis: itemq; pulmonis ac iecoris uicia purgare. De pipere. cap.vii.

Romata: qbus in pulmētariis utimur: multifariā habent: et oīa qdē prius ab externis in nostrā puīciā importata. Ex arboribus hæc fere colligunt: ut piper qdē in frōte caucasi loco solibus opposito ex arbore iunipis nostris assimili nascit. Distat autē piperis semia a iunipo paruulis filiis: qles in ipsis fasceolis uidemus. He priusq; desiccant decerpit ad solēq; toste: faciūt qd' piper longū uocat. Paulatī uero dehiscētes ob maturitatē ostēdūt cādi dū pip: qd' deinde tostū solibus calore magisq; mutat. Est & qddā genus pipis: qd' pp cæli intēperiē carbūculat. Id ex oībus asprimū est leuissimūq; & pallidū. Gratius quidē nigrū habet. Leuius utroq; cādidū. Nascit piperis arbor in arabia solū: & troglodytica. uerū hodie quoq; in Italia myrto nec ab similis amaritudine. fructū facit minus decoctum. Est autē piper calidum & siccum. & ob hanc rem stomachū et epar cōcalefacit. Bilosis nocet. uentū ex alio

piperis ha

resoluit & pellit urinā ciet. Eius uero usus in hyeme magis  
q̄ in aestate laudat. De cariophilo. cap.viii.

Ariophilū fortassis dicitur in India na/  
scit̄ granis piperis assimile uidet̄ nisi q̄ grandius  
aliqtulū & fragilius ē Arbor eius folia habēs pu/  
densaq̄ in ramos triū cubitoꝝ consurgit: cortice pallido  
radice lata lignosaq̄. In uirtute et ferme idē cū pipere est.  
hepati tñ minus nocet: q̄ piper. ac uim cōtra uenena hēt.

De cynamomo. cap.ix.

d E cynamomo q̄ Herodotus narrat fabulosa sūt  
ac falsa: nascit̄ at in ethiopia: cuius frutex situ bre/  
uis est: ramo humili ac n̄ p̄ssō: cum nunq̄ ultra duas urnas  
ascēdat. Quattuor digitοꝝ crassitudinē habet. nascit̄ au/  
tem in uepribus dumisq;: & ob eā rē nō sine molestia col/  
ligif. Cynamomū uirgulti cortex est: cuius p̄cipue bonitas  
in summo ad longitudinē palmæ tenuissimis ptibus habe/  
tur. Secūdas ptes tenet: sed breuiore mensura: quæ huic p̄  
pinqua: Villissimū qd̄ radicibus proximū. Radicem eius  
magni ponderis dicatā in tēplo capitolini louis & pacis a  
Vespasiano impatore uidisse se asserit Plinius. Cynamoi  
natura calida est & sicca: cōcoctionē facit: stomachū atq;  
hepar uim & odore iuuat. Cynamū idem esse cynamomū  
crediderim. in illo enim meo iudicio facta est ut metrum  
syncope. De gingiberi. cap.x:

g Ingiberis uirtus cādida est & sicca: licet aliq̄ ex  
parte ad corruptionē tendat: cum putrefact. ut li/  
gnū tinea corrosum stomacho frigido succurrit  
eius nimiā uliginem ex esu frustuum uiridum coctā desic/  
cando. Contra uenatorum morsus pro antidoto habetur

Cynamomī na.

De nuce moscata

cap.xi.

Vx:quam pingmentarii moscatam appellat: calida est & sicca. Corpus humanū ui sua & odore ad iuuat oculorum aciē hebetatam acuit. Vomitum sedat appetētiā inducit: stomachum atq; epar fouēdo. hec oīa quæ aromaticā uim habet integra & rosa seorsum aut mixtim esui hoīum uehementer sunt accommodata.

De croco

cap..xiij.

*Optimi croci probatio.*  
Romaticis uero iniuria crocū: qd' gēus variat ad diderī cū eoꝝ uirtutis colore: quo s̄epius ornant & sapore i quonō paꝝ uiriū iest: augeat. Crocū siluestre & satiuū habemus: radices hēt bulbo assimiles eiusdē tñ ubertis & gratiæ nō ubiq; ē pria nobilitas cilicio ascribit & ibi i tauro mōte & in timolo: secūda licio. tertia italico. adulterat tamē ubiq;. optimū crocū ubi manu tāgit: ac si fragi le ē crepitat. Altera pbatio: si manu platū ad ora fuerit: leniter faciē atq; oculos mōdet optimum ubiq; qd' pinguissimū: qd'q; statī redolet. floret uergiliaꝝ occasu: paucis diebus flore & folio uiret. bruma colligit. siccat umbra. Croci moderatus usus: cuius uis calida & sicca ē pulmoni: pectori epari: cordi pdest. Potū cum uino: quia uehementis odo ris. est: ebrietatē facit. Crocum adolēscētē inflorē sui noīs mutatum poetarum narrat fabula. Sunt tamē qui crocum dictum putat a corico ciliciæ oppido.

De acr̄imonii & primum de allio. cap. xiii.

a. Lium quo plures hēt nucleos: eo aspius ē. halitū ut cepa: porrus: ascaloniū ac bulbi oēs. ifuauiorē facit aiūt tñ radicē betē sub prius tostā: ac sup aliū deuora/ tā tētrum eius odorē extingue. Extat & alium siluestre: qd'

græci Scoradon uocat domestico certe magna uis inest et utilitas: qppē pñciosis hominū malis uehemēter resistit. Serpētes & scorpiones: itēq; alias latēter bestiolas odore solo fugat. morsui canino cū melle succurrit. Eius succus cū oleo mixtus: & uenenatos ictus & ulcera i corpibus sanat. Fuere ēt: q alliū elixū freneticis darent. Coctū in faba tussim & supationē pectoris mitigat. Vtilius tamē coctum et uiride: q crudū & siccū existimat: cū multa fiunt edulia p̄cipue uero moretū et alliatum qbus urbanī raro: rustici q s̄epissime utunt̄. Serif̄ lyratim spacio palmari.

De cepis:

cap. xiiii.

c Eparū genera græci plura fecere: ut sardam: famo thraciā: ascaloniā ab ascalonio iudæ oppido noīata. unde & qdā ascaloniū mutato genere scripsere. Oibus odor lachrimosus ē. minus tamē tusculana uehemēs: imo ppe dulcis. Cepa ruffa acrior: q candida: sicca q uiridis et cruda: q cocta sicca: q cōdita. Frigida humida ac s̄abulosa amāt locā. Seruant̄ bene ad sumū suspēsae: optie paleis mense martii & aprilis cēpā: februario ascaloniā serūt rustici. De cēpis idē medici ferme sentiūt. his uidelicet inflā matiōes incēdi: caput p̄graui: cerebrū ac memoriā ledi: somnū p̄graue indui. humores phleematicos nūc generari: nūc rescindī. Quidā tamē eas temperat̄ sumptas fabubres putarūt. q aluum mollian̄: q somnū inducant: q appetentiam faciāt. uentrem preterea excitant: & eius fermenta salaci humiditate augent. Contusa cēpa: ac emoroidibus sup imposta eas appetit. cōtra uenena: & corruptelā aqrū alio assimilis oīo. Cēpullā a cēpa diminutiū fecit Apilius. hoc genus bulbi aliā a ceteris sortiri naturā

*cēpas effēctus.*

uideſ. Solū. n. crescente luna decrēſcit: rurſum decrēſcēte  
crescit. Ascalonia eiusdē ppe uis est: cuius cepa: q̄q̄ minor  
ſit orbicularis ſurgit cepa uno capite unoq; caule:  
obſoniis apilianis admodū celebris.

De bulbis.

cap. xv.

b Vlbī megarici a. M. Catone p̄cipue laudat. uerū nobilissima inter hos habet squilla et ſi magis ad mendicinā faciet. bulboꝝ genera grācis noībus explicata: odo re: ſuauitate: ſapore: magnitudine differunt. Oīa tamē ſuidæ ſūt naturæ: & ob hāc rē mouere libidinē dicuntur bulbos: inuit celsu. oīa olea capitata: uel quorū radices eſu dātur appellari. nā cū de qlitatibus ciboꝝ loquereſ: & ualentissimū cibū dixiſſet: in quo plurimū alimēti in eſſet. in media inq̄t materia numerari eas ex oleribus debet quoꝝ radices uel bulbos assumimus. ac paulo infra ex leguminibus inq̄t ualentior faba: uel lenticula q̄ p̄fum ex oleribus ualētior rapa: napiq; & oēs bulbī. i q̄bus cepā quoq;: & alium numero q̄ pastinacha: uel quæ ſp̄liter radicula appellatur. tanti fecit pythagoras bulbos megarenses: ut de eoꝝ natura uolumē cōposuerit. Scribit Varro bulbos uētrē excitare: & ob hāc rem in nuptiis edēdis idem ſentit & Apitius: ſed his addit nucleos pineos. eruce ſuccū & pipe riſ uim. Bulbos Martialis falaces uocat. q̄ etiā demortuā uenerem excitent.

De porro. cap. xvi.

Orri duo ſūt genera ſectiuū & capitatum. Sectiuo p uero Cæſar auctoritatē dedit edēſ ſinglis diebus cū oleo: cōſeruatur uocis gratia. Cantare enī non mō ſeruare: uerū ēt publicē & in ſcena gaudebat. Debet ēt porro ſe plurimū: cū bene cantauit, p̄fessus eſt. Post ſatio-

nē desecat: quo fiat capite crassius. Laudatissimum: qd̄ in  
egypto nascit. Mox hostiē & aretinū ī p̄cio fuere. Porro  
capitato ad multa corporis uicia Hipocrates usus ē Eius. n.  
succus p̄fluuiū sanguinis sistit. cōtra ēt uenenatos morsus  
cum mero uel aqua mulsa potiusq; plurimū ualere credit  
Sanat & cū lacte mulieris sumptus ueterē tuſſim ac pulmo  
nis ulcēat. Cōmāducatū cōtra uenena fūgoꝝ ualere putat  
fracturas ēt alligat: duriciē relaxat. Vulnera recētia cū sale  
appōitas statī claudit. ebrietates discutit. uenerē stimulat.  
aluum mollit. Eius tamē nimius usus capitī dolores facit  
mala sōnia p̄ponit. dētes & gīgiuas corrūpit. uisui nocet.  
Edere porrum post lactucas portulacas: atq; oleā frigida  
nō est in salubre. Perire qdē e poto succo flauidioris porri  
ut Melas eques Romanus in carcerem coniectus Ti. Cesa  
ris iussu.

De feniculo. cap.xvii.

N hortis holitoriis nascūt herbe qdā satue:qua  
rū tum semie: tū caule p̄ cōditura obsonioꝝ uti/  
mur e magna ex pte odorifere sunt. De his uero  
quēadmodū uel minutal uel eduliū cōficit: suo loco diceat  
Feniculū ferulaceū Plinius uocat: q; e ferulis: ut mīta alia  
nascat. calidā uī hēt & siccā: nō tamē simplicē. Admixtā  
ei austerritatē eē gustus ī p̄ ostēdit. Traditū ē serpētes qbus  
feniculū gratissimum ē: senectutē huius holericū gustatiōe  
deponere & oculoꝝ caliginē: quā lōga in subterraneis lo/  
cis mora cōtraxere: cōfrigādo caput inter ipsas ferulas de  
ponere. Utimur ergo hoc holericū & crudo & cocto nō sine  
causa. Bonos enim humores generat. pectori cōfert & in/  
terclusos uenaeꝝ meatus aperit. coctum cum cicere uīnam  
ciet; Pulmonis & iecinoris iniurias abigit. Valēt & eius fo

Nimius forei v.  
perniciosus.

foenicul. iugen

guare et crudo  
cocto foeniculo  
mūr.

d

lia ex aceto trita ac pota aduersus scorpionum ictus. Preterea cōtra serpētes oportune semē eius ex mero sumit̄. Satū seniculum cum ficu sicca suauiorē esui dephēdes. Sunt qui eius ferulas supueniente hyeme usq; ad terrā abradant: si moq; bubulo aut humano stercore integāt: quo sequēti anno dulcius seniculum faciat. De cumino cap. xviii.

Vminum colūbo gratissimum est: in sup facie terre uix herens nascitur: & in sublime tendit. Putrida amat & calida loca: medio serēdū uere. Est & alter genus silvestre: qd rusticū uocat: alii thebaicū Huius tamē ferule in ethiopico & aphrico solo mirū in modum crescunt. Nascit̄ & in regiōe nostri orbis. Calidū & siccū habet: Ventris tormina reprimit. urinā puocat. Eius nimius usus palorem inducit. Hoc hypocrite quoq; magna copia ob aucupium & ambitionem ubiq; est: ad fallēdum utunt̄

De aneso.

cap. xix.

Nesum & crudū & coctū a Pythagora inter pauca laudat̄ Viride itē atq; aridum oībus qbus cōditur gratissimū usum p̄stat. Laudatissimū est creticū: proximum egyptum. Eius usus appetentiā p̄stat. cōditū cum saccharo turgidas aluos exonerat. edef tamen cōmodius in teria mensa. Vapores. n. caput petentes repremit oris halitū iucūdiorē facit: fetorēq; tollit. Ciet urinam: dolori capitī medef: neruis p̄dest: uenerē excitat. De papauere. ca. xx.

Apauer quod græci οὐκωψια uocant & satiūm & sponte nascēs repit̄. Huius duo sunt genera album & nigrum. Enigro sopor cōcipit̄: albi caulis tritus: & ex uino potus elefantius medef. Satiūi tria genera candidū cuius semē tostū in secūda mensa cū melle apud

ueteres dabatur. E nigro iciso fructus exprimitur: quo me/  
dici in curandis egrotis utunf. Est & tertium genus: errati  
cum uocant: q̄ cum ordeo nascatur. Erue hoc quidem si/  
mile. Succum papaueris medici opion uocat: quo & curas  
tollunt. Si nimine fuerint: & somnum indigētibus faciunt  
Hoc eodem opio sumpto. P. Licinium p̄torium uirum in  
hispania tedium uitæ interemptum legi.

De coriandro.

cap. xxi.

Oriandrum egypitum ut p̄cipuum habet inter sil  
uestia nō iuenit. Tritum ac potui datum magnā  
hēt uim ad refrigerādos ardores Nō est edēdum  
simplex pp̄ inatā maliciā: sed uel cū melle: uel cū uuā pas/  
sa: uel nostro more: qd̄ suauius est: ac salubrius acetō p̄pa/  
ratum: ac saccharo iuolutum. Hoc i tertia mensa cōmodi/  
us utemur ad reprimēdos uapores caput petentes stiptica  
illa in qua plurimum ualet. Rem mirā tradit Xenocrates  
si uera est: menstrua cōtineri uno die: si unum granum tri/  
tū biberit fœmina: Biduo si duo: & totidem diebus: quot  
grana fuerint. M. Varro coriandro sub trito cum acetō car  
nem incorruptam estate seruari putat.

Xenocrates.

De mentha. cap. xxii.

m Entha suauissimi odoris herba est: hāc fuisse puel  
lam a Plutōe amatam ferunt poēte: uersamq; in  
herbam sui nominis a Proserpina cuius pellex erat hinc  
preterea menthulā dictā: quasi donū amoris: uel quasi me  
ritam: uel q̄ mensā grato odore percurrat. Excitat enī hāc  
herba ppter inflāmationē: & humiditatē demortuā uene/  
rē. Hāc ob rē credideri ueteres exercitū duces uetusse mi/  
litē. quē castū uolebāt. Vnde & castra sūt dicta hac herba

d ii

*Amentia conga  
guid officia.*  
uesci. Appetentiā inducīt mentha. & obesos a marcescen/  
tia conseruat: letum cor reddit: stomachum iuuat. lumbri/  
cos interficit. Cōtra morsum canis rabiosi ualet plurimum  
Serif' métha equinoctio uerno. melius tamē surculo uenit  
q̄ semine humido mimus gaudet. Estate uiret. hyeme fla/  
uescit. semel sata diutina etate durat. Est & métastrum sil/  
uestre genus. quod uitis propagatur.

De apio.

cap. xxiii.

Erit & apiū eo tpe quo métha. Dictum ē apium:  
**f** q̄ apex hoc caput in achaia uictor̄ sacri certami/  
nis eo corōaret. aut q̄ eius flores apes libēter pa/  
scunt. Aiūt Herculē apio: populo: oleastro in coronis usū  
Apii radices in uenena mirifice agunt: & qa amarum ē: me/  
dicinæ magis q̄ esui cōuenit. Sunt qui hāc herbam ambro/  
sianam uocent.

De serpillo. cap. xxiiii.

Erpillū a serpēdo dicit' tam apud nos: q̄ apud gre/  
**f** cos. In montibus. n. eadē rōe: qua sisimbrū longe  
ac late scalet. Satiuū minus serpit. Aduersus ser/  
pētes efficax est: capitis dolores decoctum in aceto: & illi/  
tum tempori mire tollit.

De pulegio. cap. xxv.

Vlegii duo genera satiuū & siluestre. Satium ad  
**p** recreādos aīos labore defatigatos plurimū ualet  
Maxime si eius surculi in ampullis uitreis cū ace/  
to detineant. qua de cā corona uatum ex pulegio magis.  
q̄ capitis dolores leuet. q̄ ex rosa fit. Tuetur & capita olfa/  
tu. contra frigorū estusq̄ iniuriam. Neq; eos estuare: qui  
duos e pulegio surculos ipositos auribus in sole habeāt le/  
gimus. Flos recentis incēsus pulices odore necat. Siluestri  
pulegii eadem uis qd' quidē origano persimile habetur.

*Necantur pul/  
flore pulicis.*

De cardis.

cap. xxvi.

c Ardos precipitos habet carthago magna: Cordubaq;. Veniunt cardi duobus modis autūno plāta: semine aut nonas martias: stercori in locis frigidis amāt. Cōdunf ad usum cardi ex aceto & melle diluto laseris ad dita radice & cumini ne q̄s dies sine cardo sit: sunt & cardo & siluestriū duo ḡna: unum fructicosius altero: qd̄ imo caule crassius est. Vtricq; folia pauca & spinosa: atq; aspis acuminibus: florē purpuerū & cito canescentē faciētia. II/ lud satiuū esui datur. Hoc ppter sub austera mordacitatē stomachū iacentē: si non auidius sumat̄ erigit & cōponit: Eius radix ex aqua cocta cupiditatē bibēdi potoribus subministrat. Matrici utilissimus hic ē cibus hinc est q̄ adeo a fœmininis appetunt̄ cardi. De saluia. cap. xxvii.

Aluia calida & sicca in multis cōdimētis utimur:

f nec mirū cū herba salutaris sit. Nā & cōtra para/ lysim ualet: & dētibus illita pdest: & serpentū ue/ nenosos mōrsus sedat. De ocymo. cap. xxviii.

Vod græci οκυμονος quoq; prima longa ocymū  
q dicemus. Id est meo iudicio: qd̄ uulgo basilicō uo/ cant. Vere serif: estate plantaf: q̄a melius suiculo  
crescit: Inferius p̄io deinde supius floret(ut ait Teophras/ stus) & diu in flore durat. Chrysippus medicus ocymū ui/ cio dedit: q̄ obſit stomacho: q̄ oculos hebetet: q̄ iſaniā fa/ cit: q̄ iecori obſistat: & iō caprā hoc genus herbæ nunq; cō/ tingere. Preterea si tritū lapide cōtegaf scorpiones gigni.  
Cōmāducatū: & i sole positū uermes creare: pediculos nu/ trire. Aphris quoq; putat̄ hoc eē p̄suasim. si q̄s eo die: quo  
ocymū sumpserit a scorpiōe feriat̄: nullo mō posse saluari

Chrysippus.

d iii

Verū hæc oīa usū falsa dephendunt. Cū & ocymū capre  
edant nec mēs olfantiū hoīum īmutet: & scorpionū terre  
striū: matinorūq; ictibus addito uini acetiq; exiguo mede/  
tur. Usu quoq; cōpertū est: deficientibus ex aceto odoratū  
salubre esse. Affirmat Gal. scorpionem odore ocymi mire  
delectari: & ob hāc rē ad eius caulē libenter accedere. me  
diocriter tamē sumēdū est pp eius uim nimiā: quæ ex cali  
ditate puenit.

De ruta. cap.xxix.

Yemē odit ruta: apricis ac siccis gaudet locis cīne  
h ricia terra uult nutritiū. Amicitia ei est cū ficu: adeo  
ut nusq; letior pueniat: q; sub hac arbore Serif sur/  
culo melius in pforatā fabā ocymo difficilius arescit. Du/  
rata runcat nō sine difficultate. Vlcera. n. pruritiua: ut ur/  
tica manibus indit. Condunt̄ eius folia seruāturq; ad usū  
fasciculis qbusdā Ruta ualde hominibus salutarē testat̄  
tot antidota medicor̄: huius herbæ nomē extollentiū: e  
qbus illud diospoli pclarū: q; stomachū excitat: cōcoctio/  
nem iuuat: aluū mollit: biles extenuat: uicia pectoris late/  
ris iecuris ac renū mitigat. De Mythrydatico illo pclaro:  
qd' cū ruta fit satis supius dictū ē. Rutæ duo genera satiuæ  
& agrestis: ac sumpta in cibū mustella cōtra serpentē: quo  
cum dimicatura est se armat.

De eruca. cap.xxx.

Ruca calida ē & sicca: & ob eā rē dicta est q; si uru/  
ca: ignee. n. uis est: & crebro in cibū sumpta uene/  
rem mirū in modū excitat. Nascit̄ eruca facillime  
estate & hyeme: p̄cipue aut̄ frigoris cōtemptrix ē. Lactuce  
crude esui date ad téperamentū frigiditatis addit̄. Sunt q;  
scribāt erucā calidā quidē esse: nō tamē nimiū ignite uirtu/  
tis. Radix eius in aqua decocta extrahit ossa; quæ fracta

Gal.

3

sunt. semen e uino potum in scorpionū uenena ualet plu/  
rimū. In cōdiendis obsoniis tāta est huius herbæ suauitas  
ut ea græci ευγανοψ appellauerint.

De nasturcio. cap. xxxi.

n Asturciū nomē accepit a narium tormēto. inde  
quoq; uigoris significatio dephenditur. In arabia  
mire amplitudinis gigni ducit. Hoc ut peculiari cibo per  
sæ illi uteban̄t: (ut ait Xenophon) qui sub Cyro militarū:  
Nasturciū uis ignea est: usum tamē uenereum uidet inhi/  
bere. Nimius eius usus ut eruce nocet: moderatus pdest:  
Nā & animū exacuit & aluum purgat: ac bilem detrahit.  
Valet item ad plurimos medicinarū usus.

De thymbra. cap. xxxii.

t Hymbra Plinio teste apd' nos satureia dicit: her  
ba est aromaticā & gūiter spirās: qd' & Virgilius  
carmine explicat. Et grauiter spirās copia thym/  
bre. Serit hæc uerba origano emula mensæ ianuario. Sa/  
tureia urinā mouet: & ex uino pota lethargicos in morte  
dormientes excitat. Contra aīalia quoq; quæ aculeis seuiūt  
nō inutiliter adhibet. Venerē facit hæc herba: unde bene  
a saturitate: in qua libido inest nomen accepit.

De nepita. cap. xxxiii.

n Epitā græci: calamitē nostro uulgo dici affirmat  
magne uirtutis est: ac uehemēs in calore: unde ēt  
nobilissimis antidotis meruit ascribi. Stomacho. n. ac p/  
cordis utilis hētur pituitas capit is thoracisq; soluit ac pur/  
gat. Iecori medet: duriciē lienis resoluit: calculum pellit.  
urinā ciet Tam simplex q; cū aliis herbis: ad hæc quæ dixi  
mus faciéibus tunsa cribrata pinsita multum prodest.

d. ivi

### De anitho.

cap. xxxiiii.

**f** Eritur anithū nō minus coquorū q̄ medicoꝝ gra/ tia. Huic calida uis inesse tradit̄ nec oīno austera In se. n. habet aliquā molliendi potestatē: & si græcis au/ toribus credimus: ita nutrit ut athletarū cibū sine anitho ludoꝝ magistri eē nullo mō paterent̄. Egrotā tibus pdest cū oleo tepefactū ac cerebro infusum. Credit̄ ēt dare illis aliquas ex febre indutias. Dolores capit̄s mitigat: neruo/ rū tensura relaxat: nō dormiētes ad spē q̄etis iuitat. Coctū in aq̄ cyathis tribus ab potui datū stomachi querelas mi/ ro mō releuat. Ructus p̄terea mouet: qa cōcoctionē adiu/ uat. Tormina sedat: aluū fistit semen eius feruefactū & ad motum naribus singultū sedat. De thymo. cap. xxxv.

Hymus herba dulcissima ē: apibus( ut ait Maro)

**t** amicissima: ut Nerme galathea thymo mihi dul/ cior hyble. Sumptū hoc nomē a redolētia uideſ̄.

Florē epithymū hæc herba generat: qui collectus i umbra ſiccat̄. Sūt aut̄ eius duo genera candidū radice lignosa: in collibus nascens: qd̄ ēt p̄fer̄. Alterū nigrius florisq; nigri utrūq; cibo & medicamēto cōuenit. Est calide ſimul auſte req; uirtutis. Thymus sumptus in cibū caliginē diſcutit: lū bricos interimit urinā repellit: menstrua fœminis puocat partus emortuos extrahit. Tritus cū melle & i cibo datus pituitas ſoluit. Mixtus polēta & in uino maceratus coxen diciq; feruens ſuperpoſitus ſchiaticis ſalutaris, eſt.

### De origano.

cap. xxxvi.

**f** Vnt q̄ græce origanū dictū putēt: q̄ uinū coloret uerū ſi ſic eſſet: origanū p̄nunciari deberet. Facta eſt in noīe huius herbæ magna mutatio cū ex eradiuſ &

duplex eſt Hym  
genus.

ensten græci uocauerint. Efficax est origanū in medicina  
magis q̄ in cibo. Nec minus satiuū q̄ siluestre. Tritū ex ui/  
no albo ac potui sumptū: scorpionū & arachneorū uene/  
nis resistit: cruditates discutit: morsus stomachi ex aqua ca/  
lida datum lenit. De ceripholio. cap. xxxvii.

Eripholio ignea uis & acerrima īest: tritū & hau/  
stū cū uino lateres mitigat: ex aqua mulsa pitui/  
tā resoluit. Ex aceto lumbricos & tineas perimit:  
urinā ciet: mēstrua pellit. Tritū cū cera & axungia paroti/  
das soluit. Est. n. parotida morbus similis glādulīs: q̄ cir/  
ca aurem nasci solēt: unde & parotida dicit q̄ iuxta aurē:  
quā græci ὡτα uocāt nascat. De amaraco. cap. xxxviii.

Vod egyptus & syria sansucum appellauere: dio/  
cles & sicula gēs amaracū uocauit. Narrat in fa/  
bulis hunc fuisse puerū regiū: qui dū p̄ciosa ferret  
unguēta: casuq; plapsus: fracto vase uehemēti illo ac sua/  
uissimo odore afflare: in odoriferā herbam cōuersus est.  
Hāc Diascorides dicit a romanis persam appellari. serit  
utroq; mō semine & suiculo: sed hāc iuuatior & odore me/  
lior. Calidus ē amaracus & siccus: mariū meatus apit: hūo  
res glutinosos a capite deiicit. Tritus ex aceto ac ictu scor/  
piōis superpositus egroto medet. De ennula. cap. xxxix.

Ennula calida uis & sicca est. Radice eius ī qbus/  
dā pulmentis utimur: hyeme p̄sertim q̄ salubrior  
habet. cor. n. mirifice iuuat: pulmonē a malis hu/  
moribus defendit. schiaticis & articulorū dolore laborati/  
bus ac egritudinibus a frigiditate natis p̄dest. Eius succus  
potus fugare lumbricos putat & uenatorū morsus abbige/  
re. A iejuno sumpta dentes confirmat.

parotida

diascorides.

Ennula esus val  
prodest

De sisymbrio:

cap.xi

**f** Vnt qui sisymbriū tymbreū appellēt. Surgit hæc herba pedali altitudine. Qd' in irriguis locis na scit simile nasturcio est: satiuū & siluestre reperit. Vtrunq; aduersus aculeata aialia: ut crabones uespas & similia effi cax est: capitis dolores sedat. uomitus. singultus: ac tormi na reprimit. Stomachi dissolutōes cohibet: siue i cibo sum ptum siue in succū potum. De marubio. cap.xli.

Arubium est: quod græci propter amaritudinem

**m** uocant: a qbus & inter primas herbas cōnumerare: cuius semina foliaq; trita cōtra ser pétes p̄sunt. Pectoris & lateris dolores tuſſimue sedat. Ca stor marubii duo genera tradit: nigrū qd' magis pbat: & cādidū. Ex utroq; minutatim cōciso & farina subacto: fiūt offelle: qbus ex eo in patella frictis in prima mensa ad fa lubritatē uescimur: lūbricos fugare credunt: & ob hanc rē pueris apponi solēt. De abrotano. cap.xlii.

**a** Brotanū iucūdi odoris ac grauis herba est: dicūt hoc nomē ab abrotonio fœmina in herbā cōuer sa sumptū. Flos eius aurei coloris est: spōte puēit & in cacumine suo seipm p̄pagat. Serif' at semine melius q; radice aut surculo. E semine nō sine negocio plantaria trāſferunt. Ledif' abrotanū nimio sole. Verū ubi ex tépe rie cōualuit uitiū ritu fructicat. De hyssopo. cap.xliii.

**o** Paca & hūida loca amat hyssopus. Sūt q; & hyfflo pū neutro genere pnūciāt. Heret & saxis radice: ac caule. Gustatu feruēs ē. In oleo cōtritū phithi riagi: hoc ē morbo pediculari resistit: & capitis putriginē tollit. Optimū ē ciliciū e tauro mōte: deide paphiliū. Sum

3

ptū cū fico:faria:melle:sale:& cumio pectus & stomachū —  
iuuat:simplex oīo cōtrariū ē. De petroselino cap.xliii.

Vod græci petrosilon:nos petrapiū possumus ap/  
pellare. Hoc et Columella holus atrū uocat:sunt  
& tñ q̄ dicāt holus atrū idē eē:qd̄ hiposelinō. Ad  
macerias seri gaudet:umbra.n.fouet. Si nō radicitus euel  
lit:quo durat:& caules ad usum obsoniorē subministrat:  
Macedonicū a gustu suavitate & odore aromatico mirifi/  
ce laudat. Nā iprobaf̄ ēt alexādrinū.& simirneū. Aduersa  
tur hæc herba scorpiōibus:poto semine torminibus intra/  
neis medet. Idē semē decoctū:& mulso potū difficultates  
urinæ tollit. Radix eius in uino cocta calculos pellit: lū/  
borē ac lateris dolores:canis rabiosi morsibus pota & illi  
ta medet. Est & aliud genus.qd̄ orthoselinō uocatur hoc  
surgit recto fructice:semē habet cumino simile:menstruis  
& urinæ efficax. Addidere qdā oposelinō differēs ab aliis  
generibus breuitate:caule satiuo:& radicis colore ruffo:  
eiusdē tamē uirtutis est:cuius & primū illud genus. Nā &  
scorpionū ictibus:& morsi canis semē huius:qd̄ & holus  
atrū licet appellare ex uino datū occurrit. In mulso deco/  
ctum ac potui datū difficultatibus urinæ medet. Tormi/  
na uentris:& cæteras intestinorē querelas eodē modo sa/  
nat. Radix in uno cocta calculo lateris ac lumbo& dolo/  
ribus eadē potionē succurrit. Succus algenti ppinatus ex/  
optatū calorem per membra diffundit.

De absinthio. cap:xlv.

Bsinthium sicce ac calide uirtutis est:ob amaritu/  
dinem eius sumptū in cibum ualitudinis causa &  
stomachū ualentiorē facit;& epatis fibras aperit. Absinthiū prodes

Febres quoq; longas utpote quartanas minuit. Est & ab/  
sinthium romanū: quod magis esui accommodatū credide  
rim. Ex hoc enim conditum facit Apicius.

### Liber quartus.

Cribere quedā prius necesse fuit: ne cū de ob/  
soniis loqueremur earūdem uim & naturā ex  
**f**plicare longū: & a te iō fortasse alienū uide  
retur. Dicendū erit deinceps de his herbis &  
oleribus qbus uel cū supradictis: uel seorsum  
cōditis in pria mēsa si fructus absint uescimur. Neq; enim  
cōsilium esset: post cārasa pruna ac cātera poma ad quā  
appetentia ferimur. Lactucas inthybum ac reliquā olerū  
herbarūue conditiuā esse. Facillime enī ob frigiditatem &  
humiditatem tot simul diuersarum rerum ingestarū om/  
nis cōcoctio tolleretur: quo nihil potest esse hominis per/  
niciosius. Si ergo poma absuerint nō iniucundū erit: esta/  
te tamē magis q̄ hyeme & cena magis q̄ prandio lactucas  
hoc modo edere.

De lactucis conditīs. cap.i.

1 Actucā a lactis idest humoris abundantia: uel q̄  
lacte nutrientes fœminas implet dictā putat Apu/  
legius. Huius oleris plura sunt genera: Verū ante omnia  
lacticaulis: sessilis & crispa laudan̄. Seruntur toto anno  
letis & irriguis: & stercoratisq; locis legitimū tamen est a  
bruma semē iacere: plātā fauonio trāfferre: aut semē fau/  
nio plantā equinoctio uerno. Albe in primis hyemē tole/  
rant: Est quidē natura omnibus refrigeratrix: frigide enī

& hūide habent: & ob hāc rē estate ab stomacho fastidiū auferūt: cibiq̄ appetētiā inducūt. Ferunt diuū augustū in egritudine usu lactucæ conseruatū. Nec mirū cū cōcoctionē adiuuēt & meliorē q̄ cætera olera sanguinē generent. Cocte ac crude edunt. Lactucas crudas si lotione nō indigebunt: sic cōdies. sunt. n. salubriores: q̄ quæ aq̄ lauanf̄ i patinā ipones: salē cōtritū inspges: olei parū: plusculū aceti infundes: ac statī deuorabis. sunt q̄ huic cōdito parū menthe & petrosellini addāt: ne oīno insipidū uideaſ: neue nīmia lactucæ frigiditas stomacho noceat. Coctas exp̄ssa aq̄ in patinā ides: sale oleo & aceto cōditas cōuiuis appones. sunt q̄ huic inspargāt modicū cynnami uel pipis bene triti & cribrati. somnū hic cibus inducit: tuſſim ex calido humore generatā mitigat. urinā ciet. uenerē retardat: aluum mouet. Eius tñ frequēs usus maxie uero recētium oculorū aciē hebetat. Est & aliud genus lactucæ quā caprinā uocat hac tunfa & i mare deiecta pisces q̄ sunt in pxiō statī negātur. idē faciūt & fluuiales serranā lactucā: & eā qdem agre stem: q̄ appellauere a serra: quā in dorso hēt dictā putarūt Hæc fortassis endiuia est. Cōditura endiuia. cap. ii.

Ndiuia ego iter lactucas connumeraueri: quis de hoc noīe nulla apud ueteres mētio fiat. satiua extat & agrestis: & utraq̄ salubris Amarior silvestris: iucundior satiua: & ea maxie quæ caule surgit crispo. Conditur & hæc eodē modo quo lactuca tam cruda q̄ elixa. Endiuia in cibum sumpta estuantia p̄cordia refrigerat epatis fibras & uenarum meatus aperit. Habet hoc peculiare endiuia: q̄ estuantia refrigerat & algentia calefacit. Trita hæc herba cū propria radice ac scorpiorum & reli-

Endiuia & suant refrigerat et alg calefacit.

quoq; aialium: q; aculeo nocēt ictui i posita laborāti subue/  
nit. Eiusdem quoq; succus potui datus in eiusmodi uene/  
na agit. Conditura buglossi. cap. iii.

Vā græci buglossum uocāt: nos qd idē sonat lin/  
guā bubulā ab aspitate appellabimus. Calida est  
buglossus & humida: tam sativa q; silvestris. Sum  
pta in cibū quoquis mō: sanguinē purgat: hilaritatē inducit  
cardiacum pellēdo. Cocta ex aqua & melle ulceribus oris  
tussi & raucedini auxiliū pstat. In melancoliā agit optimi  
sanguinis copia. Condīt & cruda & elixa. Crudā bene lo/  
tā atq; exp̄ssam reticulo ad id apte facto: cum nepitamen/  
tha & petrosellino in patinā indes. Salē & oleū insparges  
iuoluesq; quoad oleū imbibat & remole scat eius asperitas  
Acetū postremo infundes: ac cōuiuis statim appones. Eli/  
xa condīt ut lactuca. Condītū pādodopum. cap. iv.

It itē condītū pādodopū ex lactuca: buglosso: mē  
tha. nepita feniculo. petrosellino. si symbrio. ori  
gano. ceripholio. cicerbita. quā teracicō. lanceda  
quā arnaglossam medici uocāt. morella. feniculi flore: ac  
